ut uerbo sus iustificabit. Velut si dixisset. Numquid potest
uir uerbosus admirationi haberi aut per conio laudis
efferi. cum sit ostensione nimie uerborum odiosus. si potius
audire debeat que meretur ne uanitate elat solui se aestimare

Y sapientem

tibi soli tacebit homines et cum ceteros irriseris. nullo est futurus. n. sc. hec amice. solatus

28.
sed hostium tela. ita ut nunc dicamus de iobis. filii hominum
dentes eorum arma & sagitte. Dixisti enim purus est sermo meus &
mundus sum in conspectu eius. Nita dicit quod purus est & mundus.
id est quod cogitationibus & verbis ante deum immaculatus existens.
si dixit nihil impium fecit. Atque utinam deus loqueretur tunc
& aperiret labia sua tibi. Dixit quali iudicio iob debuerit esse
de mari. In loquendo enim uocem dei cui sonus aures suscipiunt
ut arbitror uoluit indicare. Inaperiendis uero labiis uocis
intelligentiam demonstrauit. Ut ostenderet tibi secreta sa-
pientiae & quod multiplex est locus eius. Cordis eius abdita & re-
mota iudicia in quibus multiplex & inperutabilis cognosce-
ret. & intellegeres quod multo minora exigaris ad id quam
meret iniquitas tua. hoc est plus pati debet tormenta quam
te sustinere proclamas. forsitan uestigia dei comprehendes.
& usque ad perfectum omnipotentem reperies. Vestigia dei illa sunt
quando dignatione sui hominibus innotescunt. & uideat tunc eum
uestigant quando de se nobis aliquantulum manifestare
dignatur. Hec ergo uestigia dei cum eum incomprehensibile intel-
lexeris & credideris. Excelsior celo est & quid facies. profun-
dior inferis & unde cognosces. Credimus quod ubique est deus & in-
tra eum omnia que ab eo creata continentur. Ipse enim non homi-
num uanitate & uidentis iniquitate sine confidit. Ipse enim
non opera iniquorum & uidentis iniuriam non neglegit. quia in-
imicos & impios uindictam. Vir uani in superbia erigitur &
tunc quasi pullum onagri se liberum natum putat. Dic enim pullo
onagri simile effreno scilicet animali & uago. eo quod ita estimat
de se iob. quod ad nullum debet pertinere. Tu autem firmasti ad eum cor-
tuum & expandisti manus tuas. firmasti cor tuum autem. nunc satis
faceres deo per penitentiam. & auferet plagam hanc pessimam

29.

In tuis carnibus seuientem. Expandisti ad eum manus tuas. id:
falsa operum merita ore uaniloquo dilatasti. quia multi loci
noe manuum opera designant; Sumiuitatem que est in manu tua
abstuleris. atque non manserit in tabernaculo tuo in iusticia. Cum ex
probatione arguit iob dicens. Sumiuitatem quod est in manu operis
tui. & iniusticia in tabernaculo cordis tui non manserit. Tunc de
uare poteris faciem tuam sine macula; Sciam uidelicet possidens
conscientiam liberam ad deprecandum dominum eriges faciem tuam. Cum enim
fratricida in terra nuda habitauit. id est in stabili factus est. Ne ergo &
iob ob huiusmodi supplicium super morte sua propter timorem in
curreret. saphar oratur eum dicens. Si hec feceris que super diximus
eris stabilis; hoc sane sciendum quia est commotio in qua peccator
permanens in facinoribus suis ante faciem dei non consistit. facies tua
tamquam aqua pura. & spoliaberis sorde & non timebis. Qui sensu ad
sinceritatem purificatus est mundus ab omni sorde per tunc uincit
quibus uelut ex uinis expoliatur. & tamquam a tenebris eductus ful
gebit. homo faciem mentis sue candoris puritate preferens. Radi
ante in populum significat iudeos. qui christum patrem quodam modo
suum occidit. Misere & quasi obliuisceris. & quasi aquarum que per
ierint recordaberis; In transitu itaque aquarum saphar hoc uult
intellegi quod tam cito possint discedere dolores sitam iob se
emendare uoluerit. que admodum aqua in terra momentu ad loca
alia dilabunt. & ita omnino abstergi ab eo posse plage. huius
miseriam ut per sustenui memoria recordet eum. quasi que nec fuerit.
Et quasi meridiana fulgur. & surgat tibi ad uesperum. Spirituali sic
intellegi potest. & surgat tibi ad uesperum. id est in consummatione la
borum malorum tuorum. consolationem soli iusticie tibi christus adueniat.
sive post mortem resurgens in gloriam; Item aliter.
& iam cum in hoc intuitu tuo quo cotidie

ab eo

30.

tanta putredine contabescat & defleat utriam omnino con
 sumptum te arbitris. tamen sis certis quæcia docet & ex nihilo
 omnino penitus que consumpto. repente oriens ut lucifer qui
 per occultas cursus surmetas post biennium in
 ipsius aurore rutilo dicitur apparere. Itaque ergo et tibi post noe
 rem tenebras densiores duntaxat temptationum istius. sicut pas
 tuas cognoveris poterit evertire. habebis fiduciam proposita tibi
 spe & defosus securus dormies. Habebis fiduciam in defosus
 in morte restitutus de resurrectione effectus securus dormias
 requiescat in inferno in spe te fidei constitutus. Non erit
 illic ullus tortor adversarius inimicus quæte exterrere ut tibi
 poenas infernales infligat. sed poterit quæcumque sunt pænes tibi sup
 plices fundent ut eis tartari cruciatibus tuis operationibus temperari
 tur. Oculi autem impiorum deficient & effugium peribit ab
 eis & spes eorum abominatio animarum. Idest expectatio homi
 num impiorum hoc sine concludetur. Vnquam tempore alienae
 gloriae ipsi nec absolutione. sed ab hominatione digni inveniunt
Respondens autem iob dixit. Ergo vos soli estis homines & uobiscum
 morabitur sapientia. Hoc est dicere quod uos tantum dicitis
 sapientes. & putatis quod post uos nullus erit sapiens.
Lampas contempta. apud cogitationes duntaxat parua ad tempus
 statutu. Lampade se contempta ad uocab. dicit. utiq. supbof col
 denotans eo qd dispulerent eam afflictu cruciatibus. & despectio
 ne prope quoque quæ tamen magnæ fidei & bonorum operum oleo
 intrinsecus fulgebatur. Siue etiam lampas remptu adiutibus. xpe
 aiudat. qd fangens amor tuis & splendore græ sue illuminauit
 uniuersum mundum. Dives uero ideo iudæi dicti sunt quia accepe
 runt eloquia di. Nimirum interroga ueretur & docebant te. uolunt
 caeli & indicabunt tibi. Loquere terræ & respondebit tibi

31.

31

Et narrantur pisces maris quod omnia ad dei prudentiam & gubernationem pertineant. Quia que irrationalia atque insensibilia sunt quaedam ratione ueritate interrogata respondent. Secundum mysticum intellectum possunt homines inconditi & irrationaliter moribus uita intellegi. Volatilia uero intellegunt demones siue leues & leui homines ac superbi aut certe astrologi. Terra uoluptuosi homines & carnales quod terrena sapiunt. Tibi pisces philosophi & eorum similes quod de rebus mundi & eius qualitate inquirendis nimis. Alio uita equi bonis quae animalia in hereditate domini habitabant quibus plura uoluntaria euangelii ab incredulis segregata est. Volucres uero quae sursum habent corda & caelestia occupant. Et quod obuia christi uera ex mortuis uicinis. Caro sanctorum rectissime intellegitur quae regnante domino exultabit. Pisces uero quod in fluctibus mundi in uisitatibusque naturae uita sibi loca ad eternitatem & quaedam prospiciunt. Vel ipsi pisces intellegendis quod per aquam uitae accipiunt. Quae est fons de fonte baptisimi migrant ad christum siue uelut ut alii dicunt; Si destruxerit nemo est qui aedificet. Manifestum est idcirco quicquid sapientiae suae iudicio suo dissipare uoluerit ac destruere; quis poterit fortitudinem illius uelut potens resistere. Sic destruitur terra & regna multarum gentium. Et terram hierusalem ubi precepta ipsa legalia tamen lapides scripti sub presentia gratiae suae dissoluenda esse pronuntiauit. Sicut itaque & secundum Iob prophetationem paries inuincibilium; lex utique preceptorum per christum destructae ut duos cederet inferna ipso in unum nouum hominem pacem faciens; destruxit atque reseruit deus christus claustra inferni & diabolum habentem potestatem mortis regno dominationis deposuit. destruxit deus christus igitur mortem dum ipsam ut in eam mori dignaretur suscepit & dum in cruce destruit eam pro peccati. uideret hominem nunc illud

interficiendum peremit. ut uiam nobis inacternum restitueret. Sic itaque destruxit mor-
 tem. & inluminauit uitam. Persequentiam ecclesiam destruxit consilia molentium.
 ut nomen eius effodirent de sub celo iudeos scilicet & gentes. Destruit dogmata & diuer-
 sos errores hereticorum ab ecclesia indefolubili recte fidei aedificatio. de quibus salomon
 ciuitates fortium ascendit sapiens & destruxit munitiones eius. destruxit & om-
 nem cultum idolorum. Si inclusere hominem nemo est qui aperiat. Inclusit
 d^s indiluuio. loth in seqor. ionam in uentre cacti. hieremum & baruc ne uiuon
 rentur. Includit & illos de quibus dicitur. Inmittet angelum suum in circuitu
 timentium eum & eripiet eos. Siue sub sententia mortis iudicio di positi homi-
 nem quis potest reuocare. inclusus est pharao in medijs aquis. inclusus est dathan
 & abiron uiui in inferno. populus israhel in heremo per quadraginta annos inclu-
 sus est. includit d^s hominem tribulationibus excoquendum aut certe cum corrup-
 tionibus flagellandum peccatorem. concinaxerit ut emendet. Quis est qui
 copiam declinandi ueluti quendam aditum aperiat ut euadat. Sicut ipse iob
 qui ait. Clusione d^s apud iniquum & manibus impiorum tradidit me. Potest homo
 hoc loco diabolus intellegi. qui ^{cu} inclusus fuerit in inferno. nec ipse se liberauit quise
 contra d^m fortissimum detestabiliter arbitrat. Si conuenerit aquas omnia
 siccabuntur. & si conuerit eis subuertent terram. Quod factum sub noe secun-
 dum scripturarum fidem minime dabitur. Modo uo spiritualiter aquae
 doctrinarum in iudeorum populis continentur ut sint eis legis flumina in deser-
 tum. & exitus aquarum in sitim. Et habeant ut istae aquae terrenae cupi-
 ditates atque luxurias. disperdantur ac demoliantur in terra ecclesiae
 rationabilis relicta imagine terreni hominis. in spiritalem uitam se-
 conuertendo proficiat. Apud ipsum est fortitudo & sapientia.
 Hoc est filius campatre & s^s ip^s. ipse nouit & decipientem & eum qui de-
 cipitur. Nouerat balaam achab enam falsum surrecturum pphetam.
 enam nouit. sed per haec meritum populi peccatoris ostendit. ut in per-
 ditionem eius falsa uaticinando denuntiet. Et hi nolunt audire d^m

& prophetas uera dicentes pseudo prophetarum fallacibus uaticinationibus in
 ludantur. - Ili quoque israhel sicut in libro iudicum legimus acquissimo
 iudicio di decepti sunt. - Item iusta causa propter uxorem leuitis con
 tra beniaminitas congregati fuissent. ut scelus adulteri puniretur.
 In ipsi prius est propter sacrilegi crimen uindicatum. quia prius ipsi
 se emendare debuerant uel certe eos qui idola in iniuriam di adorabant
 interimere. - Quibus minus fuit fratris iniuria quam di. & ob id prius
 in illis uindicatum est. - Nouit autem dñs & decipientem & deceptum
 per presentiam. quod & iam deabel & caïn. & dalila. & samson qui
 gratiam sp̄s̄i in septem criminibus mystice possidebat intellegi
 potest. - Nouerat utique haec omnia dñs ante quam fierent
 prescius futurorum. sed permisit ut homo quilibet uteretur ar
 bitrio praecepto di obediens in super & dñm posse se fieri credens.
 per iustitiam di poenam inobedientiae dignissime sustinere.
 Hi omnes typum xpi habuerunt. - Samson uero qui leonem tenuit
 & occidit & in ore mortui leonis fauim mellis inuenit. significatum
 est quod in superbis iniquorum ore putor fuerat blasphemiae.
 esset post modum dulcedo laudis & gratiae dei. - It ut ille sam
 son sitiens demolari dente asini inuocato dō aquam eduxit ut bi
 beret. ita & xpc de in mundo & duro gentium populo fidem cre
 dentium tamquam refrigerii poculo saturatus est. - De maxil
 la quoque eiusdem asini decuius molare aquae copiosae efflu
 xerant. occidit mille uiros. - In maxillis & dentibus oris elo
 quium intellegitur. - Doctrina igitur eorum qui ex gentibus
 crediderunt. perfecto quodam numero & finito. - Samson uero
 hostes suos atque aduersarios tribus modis interfecit & occidit.
 Dum alii non credendo percutunt. alii uero credendo fidei moriuntur
 peccato. opus hoc maxillae deuatio appellatur. - Itu enim doctrina

& predicatio euangelii magnificata est super omnem terram. ut
 cum omnes gentes ubique de ueritate mirentur. In illis ergo uul-
 pibus figuratum est. ut per dolosos & sane fidei inimicos quorum
 principatus incaudis est. pars post tergum relinquitur pars caeca.
 fructus xpi aduersantium uas tarentur. Adducet & consilia-
 rios instultum finem. Ut fecit contra magos aegyptiorum.
 qui dicebant pharaoni regem chaldeorum non esse uenturum ad uis-
 tandum aegyptum. siue ipsum nabuchodonosor in amentiam uertens
 uel balthasar timore concutens. Balteum regum dissoluit & precinget
 fune renescorum. In balthasar regnantis gloria intellegitur. In fune ig-
 nominia regno depositi. sicut sedechiae & manasse contigit do iubente.
 siue populum iudeorum qui per infidelitatem suam a xpi regno distanc-
 tus est. Sed & nunc renati in xpo reges sunt omnes in adoptionem
 filiorum aeterni regis uocati. uere ab illa honoris sublimitate merito
 distinguuntur. qui cum quae ei quae poenitentiae funibus digna sunt
 perpetrarunt. Sicut ait propheta. pro zona recte cingeris. Ducti
 sacerdotes in gloriosos. Ut filios heli uel plures alios eiusdem gentis.
 Et optimates supplantat. Non dolo supplantat deus in quo non est
 iniquitas. sed hoc modo dicitur supplantare. dum iniustum amo-
 uet & iniquum. & in locum quem tenere uidetur quique indignus.
 bonum hominem & iustum substituet. Ut diuid in loco saulis.
 Comutans labium ueracium. Cum propter peccata remotis promissis
 sionibus aeternae uitae. gehenne flammam ad optatis dare compel-
 litur. Qui reuocat profunda tenebris. & producit in lucem umb-
 ram mortis. Vtram mortis ipse diabolus est. qui non protegit
 homines. sed premit in mortem. Hic producit ad lucem. quan-
 do ab anima fidei separatur. Numquid ds indiget uestro men-
 datio ut pro illo loquamini dolos. Doluerant in illis quia subuectis

35.

consolatorius inimico cum corde pulsabant. Ipse uos arguet.

Quoniam abscondito faciem eius accipitis. Ut ad arguamini digni
estis. Abscondite id est quasi eo ignorante personam eius in uobis ad
me damnandum suscipitis. tanquam cum latere possit aliquid ut
ita ei subreperere uelitis. Quare lacerare carnes meas. Excorquentibus
eis nimis cruciatibus. manus uel labia sua dentibus lacerabat. Et
manam meam porto in manibus meis. Ipsam uitam suam quasi
pro animae meae uocabulo dicit. portare se ait in manibus suis.
quod est iam nunc tormentis deficiente anima excurrente ue
lut efferenda puto in manibus. Seclera mea & delicta ostende
mihi. Utere possim. quam ob causam ita me crucias. Quare
abscondis faciem tuam a me. Dum ita puniri promittis quem
uelud inimicum existimas. dolens mihi eo quod ipse optime no
ueris quia illi potius qui tibi resistit nocetur. Quasi flos
agreditur & conteritur. In flore hoc loco fragilitatem humani
generis intellegimus. Non flagrantem odoris ut pulchritudinem
& decorem. Indignum ducis super huiusmodi aperire oculos
tuos. Hoc est dignum ducis ut propter humanum genus unigeni
tum tuum hominem nasci uelis. siue aliter. Me quoque per
mittas fabulari tecum. & uoluisse miserias meas. Recede paulu
lum ab eo & qui est. Hoc est amoue a me flagellum tuum.
neque me diutius permittas taliter temptari. Lignum habe
spem. si praecisum fuerit rursus uirescit & rami eius pullula
bunt. Rationabile lignum credendum est. de quo dicitur.
Et enim spes arbori. hoc itaque lignum praecisum fuit per
inobedientiam quando habitabat in medio lignorum para
dysi. ut priusquam dissententia moreretur aquo in baptismo
adae uetustas praeciditur. ut in ihu xpi noui hominis uitae per

resurrectionem fidei reuiuere. & vitam eius uirtutibus pollulere
 id est opera eius sepe uiuendo proficiant. Homo uero cum mor-
 tuus fuerit atque nudatus & consumptus. ubi quæso est. Homo
 autem non habens spem in xpo sicut gentes que ignorant dñm
 cum mortuus fuerit non renatus per baptismum uitæ & iam
 destitutus ac præsentia delectatione nudatus. sine dubio senten-
 tiam æternæ dampnationis excipiet. Quomodo si recedant
 aquae de mari. & fluius uacue factus areseat. Si fieri potest
 aut ut aquae salutarium præceptorum dei desçarum scripturarum
 mari desinent recedere cui perenni habundantia non deficiunt.
 & si potest fieri ut fluius sacri baptismatis quadam inopia di-
 uinæ misericordiæ exsiccetur & non plenius sit gratia dei.
 seique quoque ipsi donis redundet. ita poterit fieri ut homo cum
 mortuus fuerit non resurgat. Vocabis ergo respondebo tibi
 operi manuum tuarum porriges dexteram. & uocabunt omnes
 mortui in nouissimo sæculorum in uoce archangeli atque intuba-
 di de tumulis excitabuntur. respondebuntque uniuersi hoc mo-
 do cum ad aeternam maiestatis eius atque potentiae cineses ac
 fauillae humanorum corporum uiuificabuntur. & exurgent
 ex mortuis incorrupti. Cresus meos dinumerasti. Cogitationes
 & opere iuuentutis meae. Signasti quasi in sacco delicta mea.
 Saccus significatiuo nomine quasi tota massa peccatrix genera-
 onis adae dictus uideri potest. In quo quasi sub signaculo ima-
 ginis eius genuit quippe adam ad imaginem & similitudi-
 nem suam totam sobolem illius in ipso præuariatricem effec-
 tum. per multa sæcula deus clausam tenuerit sub peccato. &
 tamen in nouissimo sæculorum temporibus uulnera delicto-
 rum sua redemptione curauerit. Si autem & de se mot ipso iob

37. hoc docuisse uidetur ut arbitror. iste est intellectus. Si qua igitur ait
addm per totum saeculum uitae meae peccata commisi in unum
omnia per diuersa temporum spatia congregata. ut secundum
rigorem iustitiae tuae procuretis mihi simul retribuere. 7
Montis cadens defluat & saxum transfertur de loco suo. Lapidem ex
cauant aquae. & alluuione paulatim terra consumitur. & ho
mines similiter perdes. 7 Montem ergo istum diabolum siue
superbum hominem sentire debemus. qui contra dm ut mons
elatione mentis tumescit. & ita se erigendo cadet in praecipitium
defluat. & solutus in pulucrem ad nihilum deducatur. Saxo uo
illos ad simulari puto. qui cum innatiu bono debuerant tamquam
lapides soli simili fortitudine permanere. commutata sunt uolun
tate propria in soliditatem quandam ac duriciam cordis. & ideo
detestationis suae habitaculo quod se habere quasi suis meritis pre
sumebant. deiciendi sunt. ad indigna sibi loca. Aquae autem istae
quae semper inferiora petunt per quas & iam quondam uenit.
interitus. aduersarias significat potestates & procellas ac tur
bines mundi. Hae ergo aquae inquam eos homines qui sibi for
tissimi solidi sunt de se presumpti & confidentes in uirtute
sua unde & lapidibus comparantur indefinente lapsu ad terram.
Terram uo illos esse existimo. qui temptationes & pericula non
ferentes cum ipsis. sed dimittunt in sua perditione labo fac
turi. Homines ergo similiter perdes id est scos tuos qui ima
ginem tuam in se custodiunt. 7 Roborasti cum paululum.
Hoc est inuita ^{ista} sua non permissi scos tuos temptationibus supe
rari. Immutabis faciem eius & emittes eum. Id est cum mortale
hoc immortalitate induere incorruptionem. siue alit. facie
animam intellegimus. quae cum naturalem receperit serenitatem

contemplantur gloriam diuinae maiestatis. quocumque cor
 pore suo simul fuerit. gratulata. nulla perturbatione
 cuiuslibet uitu sauciabitur. Inue nobiles fuerint filii eius
 siue ignobiles. Hoc est non filii carnis. sed filii mentis. id est
 opera iustitum. Non intellegunt ergo scilicet in hac uitae ante
 iudicii diem quales peccato filios habeant. utrum deo placentes. an
 non placentes. Roborasti cum paululum ut in perpetuum transiret.
 Secundum formam serui quam adsumpsit. hac christo deo non aptari
 posse arbitror. Nam cum ex ea parte qua homo est infirmus &
 proximus passioni. euangelista ait. Apparuit autem angelus
 domini de caelo confortans eum. Hic ergo ad breue tempus administrata
 redemptione nostrae in perpetuum illud seculum caelos penetrans.
 transiit. inmutabilis. faciem eius. hoc est cum totus homo in deum
 transit. salua tamen utriusque substantia proprietate inuincit
 persona. Ad tamen caro eius dum uiuit dolebit. & anima eius sup
 semetipsum lugebit. Ita ueram carnem saluator noster adsump
 sit ut potuerit dolorem sentire. uel anima eius doluit cum ait.
 Tristis est anima mea usque ad mortem. Inue ecclesie que caro eius
 est dolere cum pax suris premitur saeculi. quia ipsa ecclesie filia est
 in eo qui perfidem baptismi initiatur in christo. In rursus mater eius
 cum ille qui membris christi incorporatus est suscipit ministerium
 baptizandi. Respondens autem helisai thomanites dixit. Cor. 15
 Numquid sapiens respondebit quasi inuentum loquens. Hoc sen
 su uidetur coepisse quisquam. ne sapiens & discipline philo
 sophiae studiosus ita furore rapitur atque insania possidetur.
 ut sine ullo timore dei uel religionis metu sic loquatur.
 ut auri flatui simile uenturae quod loquitur. Ob hoc igitur
 elisai semel iob spiritu superbie ueluti uento tumidum redarguere

39. rursus est. Implebit ardore stomachum suum. Nomine ar-
doris exanclaron felle iracundie animum eius uoluit indicare.
Qui aduersum deum tamquam coequalem sibi uisum presumpserit.
A ha interpretatio per habet. Implebit dolore uentrem suum.
Ventrem capacem quendam sicut animi actum intellegimus.
quia quem admodum receptaculum quot quot est corporis
in quo uiscerum utilia continentur. & hoc uentris nomine ap-
pellamus. ita uirtutem quandam exercitationibus animae
capabilem illa translatio per demundatione nominis dicit.
Quae eo modo cogitationibus replatur quo uenter hominis esis reple-
tur. In nam quidam cogitationibus agendo dietas exposuit.
Turbatus est pigra oculus meus. Increpatur ergo iob ab elisat.
quod huiusmodi uentrem dolore repleuerit. id est ea cogitet
quae animam eius discernent. uel unde dolores corporis me-
rito patiat. Arguit uerbis eum qui non est aequalis tui.
& loqueris quod tibi non expedit. Quem tu dicenda. uelud
rebellem deo que contrarium notat. Ob hoc forsitan quia in
precedenti sermone dixit iob ad dm. inter cetera & arbitrans
me inimicum tuum. Quantum uite est euacuata timorem
& tulisti preces coram do. Tam elatus inquit effectus est ut u-
more diuino. omnino sis uacuus. & dm iam nec deprecari digneris.
Propter quod ait & tulisti preces coram do. id est quasi tibi non
necessarias. ait abstulisti. Docuit iniquitas os tuum. & imita-
ris linguam blasphemantium. Malum igitur mentis tuae
ostium didicit loqui & de iure imitator & discipulus est illi qui lingu-
a blasphemantia dm semp habent parata. Codempnabit te os tuum
& non ego. id est merita sermonum tuorum recipies. Numquid
primus homo tu natus es. aut uite colles formatus. Ergo ante

quam generatio humana existeret & coepisti. donans tibi plurimum 40.
quod praecederet hominibus sapias. ubi sub sermone subsannatorio
potuit primum adam dixisse quem utiq; sapientissimum ad no-
uimus factum. Ita ergo in sem iob inuehitur ut diceret num quid tu
ante patrem humani generis & ante conditionem angelorum &
coepisti. Numquid consiliu di audisti & inferior te erit eius sapientia.
Superbum nimium & iactantia arguit. uirum do placentem & uehementem
inrepat dicens. quod non solum nos se putat di consilium uerum & ia
& inferior sit illo eius sapientia. Apparet ergo plenum luore ani-
mum exprobrationum iacula in homine iusto sine causa dirigere.
ut conuictus obrueret innocentem. Quid nosti quod ignoremus.
quid intellegis quod nesciamus. Plurimum plane in primis ipsi
dm magis nouerat. deinde reuelanda in xpo mysteria spu perindebat.
Senes & antiqui sunt in nobis multo uetustiores quam patres tui.
Senes & antiqui nobiscum positi. qui iam ipse longeuitate plurimum
eruditionis atq; scientiae consecuti sunt. nihil temere contra dm
ut tu facis. dicere presumpserunt. Numquid grande est in conso-
letur te di sed uerba tua praua hoc prohibent. Manifestum nec
grande est omnipotenti nec difficile misericordiae di hominem
consolari ut inuocantem exaudiat & praesura tribulationis eripiat.
sed tu blasphemias ructando exacerbans magis do in poenam tuam
quam poteris humilitate & satis factione placere. Quid te deuat
cortium & quasi magna cogitans attonitos habes oculos. quid tume-
contra dm sps tuus. ut proferas de ore huiusmodi sermones. Cor
oculi sps . tota hominis anima significat. Sed in corde hominis
sapientia cognoscimus. in oculis perspicuitate intellegentiae. in spu
uo illius animae motu quae cogitationibus incessabiliter agit. ad quaecumq;
facienda in deuatione ergo cordis & attonitis oculis tumore & ia

41. *sp̄s* superbum ualde contra dñm & inflatum nimium sem̄ iob elisa amicus eius
exprobat. Illis & enim sermonibus offensus fuerit. quo beatus iob addñm
superius narrauit. Si iudicatus fuero scio quod iustus inueniar. Et contra
isto sermone loquitur. quid est homo ut immaculatus appareat. Ostendam
tibi audi me expertam rem loquor. quam cognouisse & iudisse me noueris.
Sapientes confitentur. & non abscondunt patres suos. Ita uult cum diuer
sis modis atq. exemplis quasi ad poenitentiam coartare atq. constringere.
ut confiteatur plagam illam poenitentiam quam sustinebat fuisse meritis susti
nere. uel ita non defendendo se ipsos suos patres. similes sui uel quos imitan
do parentes habere coeperunt. Peccata sua siue parentum non coope
riunt nec abscondunt. siue non celant patres suos. id est seniores uel
sacerdotes suos. quibus peccata salubre est confiteri. Quibus solidata est
terra & non intrauit alienus pereos. In frequenter dñs propter peccata
traidit terram iniquorum alius gentibus. De conuersationis igitur
introitu & egressu sophar ad iob loquitur. In amaritudine sua uadet
& uenient super eum horribiles id est quasi inuendit felleum commo
ti & ueneno inuidiae in amaritudinem furoremque conuersi. cir
ca te inquit atq. uigiter morabantur. Inue moraliter. Sapientes
illi in xpo sunt. & in saeculo stulti scitis factione poenitentiae peccata
sua uel errores hereseos conuertendo se addñm fideliter confitentur. &
auctores uel criminum suorum uel dogmatum manifestant. ut ter
ram corporis sui soli possideant. id est non ei uitia uel hostiles ne
quitiac dominantur. Alienusque pereum non transeat. id est dia
bolus in eum non habeat potestatem. Qui uere alienus dicendus est
qui a se ad dñm & angelorum consortio fecit alienum. Cunctis diebus
suis impius superbit. In persona quidem iob haec elisa & uidetur
inuenire. quae usque ad calcem sermonis huius perduxit. Ego
uero existimo quod afflatus sp̄u prophetae cuncta haec inuenit libe

42.
impium siue in ipsum diabolum uel eius socios dixerit. & cum pax
sit ille insidias suspicatur. perseverans impius in scelere semper de
conscientiae malo. nouit enim secundum iustum iudicium dei
quae impius retributio sit parata. Sonitus terroris semper in auri-
bus illius est. Sicut aegypti passi sunt. Non credit frustra
errore deceptus quod aliquo pacto redimendus sit. Hic impius
in profundum peccatorum deueniens. uitam se posse consequi
desperauit. Videcirco non credit quod reuerti possit ad peniten-
tiae lucem de tenebris peccatorum. Huius autem diffidentiae
causam enarrat dicens. Circum spectat uidelicet undique gladi-
um id est inde hinc. siue prestolans mortem. Diximus diabo-
lum in aescam datum spm in mundorum. quia eius malitia uiuunt. &
Vulture suo homines peccatores & inmundi diu intelleguntur. Cum ergo
hi conuersi fuerint. tunc inimicum deuorantem se uersa uice habe-
bunt in aescam. quia ipse est & draco qui datus est ad eo in aescam po-
pulis & hiropum qui quondam propter nigritudinem peccatorum.
& hiropes. nunc autem perfidem lux facti in dno. Hunc impiu-
siue draconem consumunt ac deuorant. dum omne corpus eius
qui sunt utique peccatores perfidem intromittunt in corpus
id est in ecclesia. Secundum hoc. dictum est petro. surge oc-
cide & manduca. Hinc & iam moyses filios israhel ut uuluum com-
minutum bibere compulit. ut sicut ab eo fuerant absorbiti in
errore. Ita illi in corpore populi dei. ita relicto errore transiret.
Cum se mouerit ad querendum panem. nouit quod paratus sit
in manu eius tenebrarum dies. Motus animorum est. incho-
atio cogitationis. Cum ergo hoc recordatus fuerit reus sibi
semper & male conscius quem admodum posset uiuere. nihil
ei occurrit aliud quam tempus illud iudicii dei horribile.

43. quo poenas perpetuas inrogandas expauescit. Terretur cum tribu-
lato. Ante quam dies predictus adueniat malo formidinis
cruciabitur. pressuris queque angustis septus undique coar-
tabitur. ueluti rex profecturus ad prelium. Sub nomine regis im-
pium hominem siue diabolum significari existimo. qui con-
tra deum bella cottidie blasphemiarum contentionesque siue pug-
nas parat uitiorum. Tendit enim aduersum deum manu
suam. & contra omnipotentem roboratus est. In elatione siue
expansione manus resistentem deo demonstrat. quemque
mentis & iam tumidae contumacia robustum dicit. Currit
aduersum eum erecto collo. Abruptam ac precipitem super-
bi indicat mentem. quia contra deum possessus insanus in-
audacia resistendi nolentis gressus processit. & pingui cerui-
ce armatus est. Linguedo autem nominata ceruicis sup-
habundantem & quasi nimium effluentem superbiam
indicauit. quem admodum propheta ait. Cum decadem
hominum superbia loquitur dicens. Produit quasi ex
adipe iniquitas eorum. hoc testimonium noua editio ap-
pauit dicit. Processerunt a pinguedine oculi eorum id est
sensus. siue cogitationes nimium superbiorum in blasphe-
mia proruperunt. Operuit crassitudo faciem eius.
Facies plerumque ipsa mens anime intellegitur. ut ait aposto-
lus. Nos autem reuelata facie gloriam dñi speculamur.
Hanc diabolus siue impius homo scintillatus seu humilitatis se-
rena non habet siue perspicua sed crassitudine opta superbia.
que ceco corde fit & obtusa. Alia editio. Operuit faciem eius
in adipe suo tanquam diceret superbia uidelicet acria aucta omniu
uitioꝝ nitenti & plucida humilitatis uirtute uelud pretioso

amictu uestiuit. ^{se} sed de ipsa fecit ei quodammodo densum
 uestimentum atque obscurum. quo superbum crassa cecitate
 cordis obtunderet. Et de lateribus eius aruina dependet.
 Possunt latera eius ministri siue sodales intellegi. qui ei similes
 extiterunt. Non absurde & iam aures intelleguntur que
 utique inaudientia inpinguitur. unde nimia surditas con-
 tumacibus generatur. secundum illud. In crassatum e cor
 populi huius. Nua editio fecit catapululum super femora
 videtur mihi iste uersus sensum huiusmodi continere
 quod & in hoc impio increpetur. quia frenum discipline
 quo aduersitates retineri poterat haberi noluerit. sed ad quan-
 dam se potius dissolutionem deposito animi rigore deiecit.
 ut quasi loro laxato ad uoluptatem & luxuriam deductus.
 Habitat in ciuitatibus dissolutis & in domibus desertis que in
 tumultos sunt redacta. Habitationem ergo bestiaru & auu
 immundarum sps immundos dicit. qui habitant in hominib.
 quos ds deseruit. Hic habitat in hominibus de relictis ad
 & ob hoc sepulchra facti sunt mortuorum. Et si peccata
 in scripturis mortui aliquando dicuntur. necessario peccata
 & impu tumuli sunt mortuorum. Igitur in ciuitatibus p
 dictis potest generale nomen esse omnium peccatoru. in
 domibus uero speciale unius cuiusque peccatoris & impu.
 Non diabitur nec perseuerauit substantia eius. Substan-
 tia haec non rerum diuitie intellegende sunt sed peccata.
 De quibus ait scs sps in apocalypsi iohannis. Cecidit cecidit
 babilon ciuitas magna & facta est habitaculum demonio-
 rum. & custodia omnis sps immundi. Quod autem ait non di-
 abitur hoc dixisse mihi uidetur non longu tempus erit uita

45.

5

cuius quo induitius facinorum detrahitur^{bi}. cum & iam collecta
utiorum eius substantia non erit permansura. Nec mittit
interram radicem suam. Id est quia tamquam arbor euulsa
sit morturus. quō interna uiuentium stabilitatem aeternā
siue eorum consortium non habebit. eo quod hic prius spem
uel radicem fidei non premisit. duram & iam salutis ut sub umbra
uiuat refrigerii non habebit. Non recedet de tenebris.

5

Alii dixerunt non effugiet tenebras. id est poenas aeternas subi
erit & tenebras non euadet. Non recedet autem de tenebris
ita intellegimus de tenebris infidelitatis homo hic impius ad
lumen penitentiae uenire detractet. Ramos eius are faciat
flamma. In ramis operum malorum fructus intellegam.
sicut salamon ait. Fructus impiorum peccata. Huius uelut
ligna fenum stipulam gehenne ignis absumet. Ita auferet
spū oris sui. Quia ergo furore contra dñm ardebat est quo & u
& blasphemias in eum spirare non desinit. oris sui aut iudicio
condemnatur. Secundum antiquam ergo editionem in
stirpe siue fronde originem. uita impu significari existi
mo quam spūs dī sententiam iudici ut incubans uentus per
cutit ut uelud arbor are factus impius ilico moriatur. & ita
omnis flos honoris eius & glorie defluat. Non credat frus
tra errore deceptus. quod aliquo pretio redimendus sit.

5

Hoc igitur ait putat fortassis diabolus & homo impius cordis duritia
in impietate persistens. qd dī ei p̄ suis meritis non retribuatur. dū dī
nequaquam ei pareat. Et si uerbis hoc potentibus atq; ep̄ostatis
ut obtineat deprecet cū iā secūm dī iustū iudiciū sēp̄ternū
addictus sit cruciatibus. Ante quā dies eius impleatur peribit
Iunc dies unius cuiusq; impleri dicit cū bonorū hominū ac mala

5

retributio uenerit. 7 Hic ergo homo siue diabolus ante perspi-
cua sententia die qua eis dñs in iudicio daturus ē. p̄scit in p̄desti-
natione. 7. Lenierunt & manus eius arefuit. 7. Nullum utiq; boni
operis fructū in se habens. 7. Latābitur quasi uinea in primo flore
botrus eius & quasi oliua p̄iciens florem suū. 7. In botro nulli dubiū
qd̄ fructus operis intellegatur p̄dictus. 7. Igitur flore gaudii tēpo-
ralis ad maturitatē fructus p̄petui p̄ducere non ualebit. eo
quod in spe ipsa mendacis gloriæ calido uento supbia dissipā-
bitur. 7. Siue frigore caritatis dī. uelut apruina ledetur. sicut
eodē sensū in sequentib; arbitror dictū. 7. It̄ quasi oliua p̄iciens
florem suū. 7. Oliua enī in scripturis diuinis & diuina aliquando
homo tantū significatur. aliquando populus. seu bonus seu malus. 7.
Quod autē dixit uastabitur siue euerietur. Ita intellegendū qd̄
in apocalypsi habet. 7. Qui fecerit mandata dñi. non ledetur
a morte secunda. 7. Uinea eoz & oliua plebs iudeoz potest in-
tellegi. Hæc igit̄ uinea siue p̄dēs. siue am̄ & fructū sanctitatis
atq; iustitiæ. quia xpm̄ primū florem & optimū scōz omnium
in agro legis habere noluit. 7. Ipse enī dicit. 7. Ego flos campi.
Sed ut infidelis atq; incredula. ne illi fides xpi flagraret. p̄ceti-
cū a se metipsa. & dū p̄cetit extra uineā & ase excutit uelut
florem ipsa a patriarcharū radice uulsa ē. & xpo fructu n̄re salutis
excusa. 7. Congregatio hipocrite sterilis. 7. Raptorē & uoluptū
simulatorē quoq; sem̄ iob his sermonib; denotat & dicit qd̄
& ei n̄ p̄derunt diuitiæ ex iniquitate collecte; hæc enī ad usū iob
& in primo sermone locut̄ ē ubi & iā leoni & leonē leonū que catulis
& tigr̄i ē parauit; Sed dō magis credēdū ē qui cū laudans n̄ simulatorē
effectū dōe. si innocētē & simpliciē p̄dicauit. 7. Qd̄ autē ait elisit & ignis
de uoraū tabernacula eoz qui munera libet̄ accipiunt; In sem̄ iob

47.

cadere non potest. Quia ipse uitam dei secundum dei testimonium
de se ipso ita locutus est. Et si in manibus meis adhaesit macula cum de
muneribus loqueretur. Ignem uero nominando. gehennam puto sig-
nificauerit. quia tabernacula id est corpora iniquorum sunt
sumenda. De hoc igne & sophar insequentibus ait. Deuorauit
eum. id est impius ignis qui non succenditur. Conceptit dolorem
& peperit iniquitatem. Et uterus eius parauit dolos. Dauid
quoque postmodum de huiusmodi ita dixit. Ecce parturit iniustitiam
& conceptit dolorem & peperit iniquitatem. Dolor ergo est iniustitia
& iniquitas. Hoc ergo impius peperit quod conceperat. Et tamen
uterus cordis eius dolos parare nesciuit. Quos tunc edit quam
opera in factum procedunt. Inceptum itaque iniqua cogitatio in-
tellegit. sicut in partu effectus male cogitationis agnoscitur.
Aduersum iob. haec uniuersa elifaz locutus est. sed iam superius diximus
quod sub administratione prophetiae personam iob diabolo uel quolibet
homini impio dicta haec uideri possunt. siue & alia quae iste elifaz
siue amici eius locuti sunt. Respondens autem dixit iob.
Atque utinam esset anima uestra pro anima mea. Si uos inquit
haec quae sustineo pateremini. non ita circa uos agerem ut uos
erga me agere non cessatis. Consolarem & ego uos sermonibus
& mouerem caput super uos. Blandimento utique sermonum
meorum uos potius cohortarer. mentes & animas uestras tribu-
lationibus acerbis exasperatas ne in lapsum blasphemiae cade-
rent. leni sermone & placido sustinerem. Sed quid agam. si lo-
cutus fuero. non quiescet dolor meus. Id est siue loquar ista
nunc uobis. siue & iam taceam hoc solum me nosse confiteor
quod incessabili dolore discrucior. Nunc oppressit me dolor
meus. & in nihilum redacti sunt actus mei. hoc & iam de xpo

Cap. 16.

1

)

intelligendum est. Ruge mea testimonium dicitur contra me.
 contractio cutis quam exsicante in eadem sanie patior.
 quodammodo manifestatione sua dat aduersum me testimo-
 nium & quasi loquitur quantum dolores siue cruciatus susti-
 neam. Suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contra
 dicens mihi. Hic aut ipsum eliaz falsiloquum dicit quia
 exprbat scō iob. quod haec ob peccatorum merita sustine-
 ret. aut diabolum qui eam dixerat peccatorem. Itaque
 falsiloquus iudas uel populus iudeorum intelligendi sunt.
 qui contra xpm falsum dederunt testimonium. Et com-
 minans mihi infremuit contra me dentibus suis. Ore
 amicorum contra sem iob disputantium diabolus mina-
 batur. siue iudei infremuerunt contra saluatorem.

Alia editio. Sagittae piratarum super me ceciderunt.
 Piratae isti diaboli sunt ministri siue homines siue demones
 qui tunc piratae inscripturis uocantur. quando scdm istu
 mare appellatur. Sagittae uero dolores uel cruciatus in-
 tellegendi sunt. quos paciebatur ut eis trans fossis blas-
 phemia moreretur. Luta demum aurum atq. argentu
 sapientiae eius & scientiae uestes quoq. preciosas uirtutu
 spei atque fidei in dm auferrent ab eo. grandi precio e parata
 monilia. Hostis meus terribilibus oculis me intutus e.
 noculis terribilibus. animum sauciantis in se describit inuisibi-
 lis inimici. Qui siue peruisiones nocturnas. siue per amicoru
 uultum terribilem minas intenderet. sicq. du iob amice ei
 scō nefanda respondentib. nutibusq. cum eu inrisione det-
 rent. dexpō & iam intelligendum. Apertuerunt sup me ora
 sua. & exprantes percusserunt maxilla mei saturati
 sunt poenis meis. Igitur in maxilla generis nobilitas siue

honor quidam manifestus. Et sicut alii dixerunt acriter percussus ingenis intantum ut ab honore & nobilitate & diuitiis fieret alienus. quando maxillam fidei suae concludendam diabolo fortiter prebuit. quam ille perturbare cedendo conatus est. Quasi quandam ianuam diuinae confessionis effringens. siue cum falsum testimonium contra xpm dixerunt. siue illud crucifige eum. Concluserunt me diabolus apud iniquum & manibus impiorum tradidit. Idest diabolo & angelis eius. Siue de xpo intellegendum quando traditus est in manibus iudeorum. Ego ille opulentus quondam repente contritus sum. Idest deducit factus pauper. Vel xpc. deducit homo natus. Circum dedit me lanceis suis. conuulnerunt lumbos meos. Lancea hoc loco nominata dolorum conpunctiones quas iob patiebatur significantur intelleguntur. Siue de xpo blasphemiae quas passus est a iudeis intellegendae sunt. Iob uero non solum de foris toto corpore conputruerat. uerum & iam putoris sanie liquiscebatur. ita uisus dicitur. alitum meum exhorruit uxor mea. Omnia circa lumbos eius putruerunt. Siue de xpo ita intellegendum. conuulnerunt lumbos meos. Quia iudei usque ad hoc persecuti sunt apostolos. qui quasi de dumbis doctrinae suae nati fuerant. ut eos uulnerent infidelitatis xpm negando sauciarent. dum petrus dicit nescio hominem. Et tenuit ceruicem meam. Siue ut alii dixerunt. tenens comam meam diuellit. Proinde nunc intellegamus quo furore diabolus ac uirtute uirum istum commouerit atque concusserit siue confregerit. ut etiam comam capillorum eius simul adprehensam sit conatus euellere. Siue de xpo ita intellegendum tempore passionis. ex suo pmissu tenuit eum aduersarius. & usque ad mortis dormitionem inclinauit. Quem iam uerberibus & adfixione clauorum

confregerat & signum salutis in contrariam partem posuerunt.
 Concidit me uulnere super uulnus. inrua in me quasi gigas.
 Dum languoribus meis atque uulnerebus adduntur plagae
 innumerabiles. diuidor totus resolutus atque communiot.
 ita ut nullum in me membrorum residuum sit quod aliqua solidi
 tate subsistat. De xpo & iam sic intellegendum. cum iudas letali
 apostasia uulnere peremptus est. non peperca. In tanta namq.
 seurtia debacchatus est. ut scelus quod mente conceperat & ia ore
 publicare. uel super uulnere crucis clauorum uulnere addiderit.
 Saccam consui super cetera meam. & operui cernere cornu meum.
 Quod similiter dictum ad humiliationem regni eius pertinere mihi
 uidetur. Cornu autem regnum in scripturis uocatur. uixta
 illud. Exaltabit cornu xpi sui. Xpc uo ipsam gentem de qua
 oriundus erat. saccam appellauit. Cernere uo operuit princi
 pes iudeorum. cum ab eis regnum sibi pmissum pnegationis
 sacrilegio transfuilit ad gentes. Lacus mea intumuit fletu. & pal
 pebre meae caligauerunt. Fletus siue lacrimae in homine
 de doloribus siue de tristitia generatur. sed lacrimae aliquando
 per genas cum silentio defluunt. fletus uero cum habeant lacri
 mas. non sine uoce & commotione corporis dantur. Que fletu iob
 se habuisse testatur. qui de arumnis animi poenaru quoque
 cruciatibus nascebatur. Item aliter. Prophete facies di intelle
 guntur. eo quod sciunt futura. Qui cum perditione impioru
 contemplantur in spu. gemitibus continuis eos fleuisse intelle
 gamus. Oculi & iam caligauerunt xpi dum martires siue sci in
 temptationibus titubantes conturbati sunt. sed gratia di libe
 rati in lumine permanserunt. Haec passus sum absque iniquita
 te manus meae cu haberem mundas addm praeces. Nullus
 scoru ita mundas & immaculatas atq. omni uel minima labe

57.

coitationis preces ad dñm habet. ut mediator dī & hominum
homo uicē xpc. qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est
in ore eius. Quas utique preces atq; orationes secundum
hominem quem adsumpsit ad dñm habere credendus ē. cum
secundum diuinitatem suam cum patre ipse exaudiat.
Sive scī. qui pronomine eius passi sunt sine iniquitate rebellio
nis uel criminis alicuius a persecutoribus dñi. si. quantum ad illos
persecutores gratis morti traditi sunt. Terra non operias sanguinem
meum. neque inueniat uite locū latendi clamor meus. Totū
hoc est quod dicit ne innocenti & bene sibi cōsci meritū lateat.
presertim cum insonem se mala tanta passum referat. San
guis uero nomine. uite istius presentis statū dicere uoluit.
Hoc autem loco clamorem positum ipsam scētatem eius contra
poenas illius reclamantem. que iniquis merito inferuntur ad
uindictam. iustis autem ad probationem. Aliquando etiā
in scripturis clamor adfectus animi intentus ad dñm ostendit
uel etiā clamor iniquitatis populi. qui expectabatur ut faceret
uuas & fecit spinas. Nec omnis iniquitas clamor dicit. sed illa
que publice exercetur. Ecce enim in celo testis meus. Quia dī
deco testimonium perhibuit. Verbose amici mei. Qui uerba
non ad dñm pertinentia loquitur. uerbosus notatur. qui uero
uerba dī loquitur. uerbosus non potest iudicari. Ad dñm stillat
oculus meus. Cum lacrimis interpellat dñm. Atque utinam
sic iudicaretur uir cum dō. quomodo iudicatur filius hominis
cum collega suo. Hoc dicit. Utinam mihi eēt copia cū homine
disputandi. ut me innocentem probare possim. Dū uō nolo
intrare mecum in iudicio. quia scrutans corda & renes dī est.
cuius iudicium falli omnino non potest. neq; ipse iudicauerit
discuti a quoquam. Ecce enim breues anni transeunt & semitam

perquam non reuertar ambulo. 7 Ita credebatur quod nec ad mortale corpus suum nec ad tormenta corporis sui. esset iterum reuersurus. 7 | Sp̄s meus attenuabitur. & dies mei breuiabuntur. 7
 Hoc dicit in breuitate uite sue sp̄s eius sensim attenuatus defecerit. ut solum illi super sit sepulchrum. 7 Quia mors finis est omnium tormentorum. 7 Non peccavi & in iniquitate moratus oculus meus. 7 Verum est enim qđ dō placitus dixit non peccavi. & licet possit hic locus ita intellegi quod in dñm quidem non peccauerit. & tamen quasi in ipso peccauerit poenas blasphemantium patiat. 7
 Et forte quando ad dō in presenti laudatus non peccauerat. sed in praeteritis adulescentiae temporibus peccasse non negat. 7
 Libera me & pone ueritate. & cuius uis manus pugnet contra me. 7
 Sub scuto igitur protectionis dī latere optat. quomunitus atque defensus se uentem hostem non timeat. 7 Cor eorum longe fecisti ad disciplina. propterea non exaltabuntur. 7 Quia ad dñm huc loquitur iob. 7 De diabolo utique & satellitibus eius praecesserunt peccata. quippe pro quibus poenam obdurationis acciperent. 7 Causa igitur de quibus loquimur qua elongata sunt ut non adprehenderent disciplinam. quia exaltationem bonae naturae suae debitam uoluntate propria perdididerunt. 7 Praedam pollicetur socus & oculi filiorum eius deficient. 7 Socus siue filii diaboli. idem sunt ministri eius. 7 Sed socus dicuntur propter contubernium conspirationis aduersum dñm. filii propter imitationem ipsius diaboli. 7 His igitur demonibus beatum iob in praedā dandū pater eorum & rebellionis caput diabolus promittebat. dū cū pertantos dolores ad blasphemiam impellendum & ad dō ob hoc relinquendum esse credendum. siue quando cū omni gloria domini & filiorum spoliavit. 7 Caligauit ab indignatione oculus meus. 7
 Iuxta illud euangelii. 7 Lucerna corporis tui. est oculus tuus. 7

Hunc igitur oculum iob sibi caligasse conquiritur illa indignatione
 qua ipsum sanctitatis suae merita conseruabant. eo quod bona
 conscientia poenas pateretur indebitas. Stupebunt iusti super
 hoc. Admirantes de iustis dei iudicis. quomodo iustus & sine crimine
 poenis adfligatur. Innocens contra hypocritam suscitabitur.
 Hypocrita est. ipse diabolus. qui cum sit tenebrarum. idē delicta
 inuentor. & ipse recedendo a uero lumine sit tenebrosus effectus.
 Quasi lucifer posuit in caelo sedem suam. & trans figurat se in angelū
 lucis. Aut certe unumquēq. amicorum suorum iob hypocritā dicit.
 quia sub uerbis consolatoris dolose ei dolose loquebantur. Et tenebra
 iustus uiam suam. & mundis manibus addidit fortitudinē. Inquit
 profecto uirtutes se magis crescere manifestat. Igitur uos omnes
 conuertimini & uenite. & non inueniam in uobis ullum sapientē.
 Conuertimini autē a prauitate sententiae qua me condemnare.
 summo studio non desistit. Venite. sermo inuitantis est. ad
 melioris uitae profectum. Quod est ouos hypocritae & non uerū
 nec fideles amici ad agnitionem ueritatis accedite. quam uos
 habere minime noueritis. Dies mei transierunt cogitationes
 dissipatae sunt torquentes cor meum. Dies hi praeterita felici
 tates eius possunt intellegi. in quibus pollens uirtutibus uiuebat
 beatus dō. Hos igitur dies a se non sine gemitu loquitur praeterisse
 quando multis miseris circum datus ē. & plaga intolerabili dolo
 rum passus. Cogitationes meae dissipatae sunt. torquentes
 cor meum. Cum in uerbo inquit uigiliter contemplationis inten
 tione positus eē. & cogitationes meas haberem semper in
 tentas addm. plaga huius superuenientis mihi miseris easdem
 cogitationes meas a sua unica soliditate in me uideo dissipatas. &
 ob hoc excruciatum cor meum. eo quod earum delaceratione torquet
 uident me mala simplicitati meae inconuenientia sustinere.

Si sustinuerit infernus domus mea est. in tenebris stravi lectum meum.
 Poenis corporis cogitatio nunquam. Stimulis sicut ait indefinente tem-
 pore agebatur. & idcirco poenas inferorum iam se pati clamabat.
 Aut forte separatio illa qua ab hominibus factus est alienus extra
 civitatem sedens in sterquilino tenebrae dicitur sunt quia lucem
 humani solati non haberet. Putredini dicitur pater meus est & ma-
 ter mea soror mea uermibus. Tam longo inquit tempore con-
 putresco. ut ipsam putredinem & uermes nascentes in eius
 sanie parentes appellem. ac per hoc quem admodum quispiam
 mortalium sine parentibus non potest existere. ita & ego factus
 sum quasi sine putredine & uermibus esse non possem. Qui ita
 in carne mea uelut in natura sua sunt. tamquam si ex eis ipse sub-
 sisterem. cum illi in mede carnis meae saniae potius generentur
 non ego ex illis. ubi magis mortalitatem per peccatum factam
 significauit. cui inest corruptio & corruptioni putredo. Patrem
 uero appellauit ipsum ortum humani generis in adam. qui cor-
 ruptione factus est putrescibilis. Matrem uero naturam
 humanam dixit corruptione uitiatam. Sororem uero
 omnem posteritatem adae locutus est. quae de corruptione
 mortalitatis. uelut de saniae putredinis nascitur. Quod &
 baldad dixit. Homo putredo. & filius hominis uermis. Ubi est
 ergo nunc praetolatio mea. & patientiam meam quis considerat.
 Quod autem ait. & patientiam meam quis considerat. A parte
 fortem se in illis cruciatibus manifestat. pro quibus quasi querit
 quod ad retributionem tanti laboris sui non potuerit peruenire.
 In profundissimum infernum descendunt omnia mea. Alii dixerunt.
 omnia bona mea. Dona sua dicit ad inferos descensura. quod est
 anima mea. uel ipse pro illis sum descensurus. Vere non credimus
 de iustitia quod tantus aetalis uir propter operibus suis frustrari

potuerit. Quod autem ait putasne ibi erit requies mihi. Istud
 S in hac uita poenas patior infernorum putasne in locis poenaru
 erit aliqua requies mihi. Hoc autem grauatus miseris loquitur
 potius quam uictus diffidentia. Quia alius locis ait ad dnm. Sc
 quia in inferno protegas me. donec pertranscat furor tuus. ^{cap. 13}
 ndens autē baldad suthes dixit. Usque adque fine uerba loquitur
 Intellegite prius & sic loquamur. Id est quis finis erit huius uerba
 statis. quasi non sit sincerus. uel solus iob abaldad uerbosus
 arguitur. uel quasi spū nescio quo infragatus loqui non desinat
 Quare reputati sumus ut uimenta. & sordidum coram uob. Hoc
 dicit quod tamquam bruta animantia eos scs iob despexit. &
 uilissimos & indignissimos conloquio estimauerit. & ita in con
 dia possessos ut frenesim pati uiderentur. Quid perdes anima
 silerent. Miserae autem passionis sunt. flagella. inlusio. probra. ala-
 pae sputa colaphi spine. & ignominia crucis. Reductus sum in inibi-
 ludaci despicientes eum. & pro nihilo habuerunt. Abstulisti quasi
 uentam desiderium meum. & quasi nubes pertransiit salus mea. Ven-
 tus presentis haec uita potest intellegi. quae plerumque uenti sine spiritus ap-
 pellatur nomine. Ex persona ergo ueteris hominis susceptus in dō homo
 ih̄s xp̄s haec loquitur. Desiderium uero ueteris hominis illud erat.
 ne uitam hanc temporalem amitteret. quod ipse dñs proximus
 passioni demonstrat dicens ad patrem. transeat a me calix iste. Vere
 inquit non quod ego uolo. sed quod tu. Nunc autem in mem̄ & ipso
 arescit anima mea. & possident me dies ad afflictionis. Dies ad afflic-
 tionis eius dies sunt passionis. indicat saluator in euuangelio.
 Tristis est anima mea usque ad mortem. Nocte os meum perforatur dolo-
 ribus. & qui comedunt non dormiunt. Nocte quia uespere captus per totā
 noctem scribis & principibus sub interrogatione questiones auditus ē.
 uel nocte tristitiae & passionis meae ait dñs. apostoli mei qui propter
 dilectionis & caritatis meae fortitudinem ossa dicuntur. aculeis
 doloris timoris que conpuncti. usque ad negationis noxā perforati sunt.
 id est penetravit uirtutem animieorum titubatio fidei. ut ad horā
 temptationis incantatis meae soliditate mutarent. Illi uero qui me
 usque ad mortem persequendo uidentur consumere non dormiunt.
 Id est omni uigilantia mentis insistant. ut ad me deuorandam

5 perueniant; In multitudine consumitur uestimentum meum. Con-
 uenientibus in unum iudaeis. caro mea inuisus. clavis. cruce. morte
 5 confecta est. Cuius capitis tunicae circumdederunt me. In necem mea
 omnes undique me uelut ex strangulantes circumdederunt. & ut me
 prefo carent in mortem tanquam ora capiti fortibus uidelicet la-
 quaeis. falsorum testimoniorum me circumerunt. & intra passionem
 5 meam & crucem quasi intra tunicam me meluserunt. Comparatus
 sum luto & ad simulatus sum fauillae & orneri. Per mortem
 quam uolens suscepi. comparatus sum uilibus & peccato obnoxius.
 atque in adam di sententia condemnatus cum ipse peccator non sim.
 5 neque ita ut omnes peccatores fuerim natus. Clamo ad te. & non exau-
 5 dis me. sto & non respicis me. Ita & in ueteri psalmo primo. in
 cruce clamauit ad patrem. Os meum & reliqua. Et clamabo per diem
 5 crucis fidei. sicut & alia quae iam dixi superius. Clamabo inquit per diem
 & non exaudies. cetera. Haec igitur uerba dicuntur ex parte
 id est in rebus prosperis huius uitae ut non mutentur. nec ex-
 audis. qui uerbis delicto clamo & in nocte. id est in aduersis uite
 huius clamabo ut prosperentur. & similiter non exaudies. Neq-
 hoc facis ad insipientiam mihi. sed potius ut sapiam quid clamare
 me uelis non uerbis delictorum ex desiderio temporalis uitae. si uerbis
 5 conuersionis ad te in uitam aeternam. Mutatus es mihi in crudelē
 & induricia manus tuae aduersaris mihi. Dum pater unicus filio
 non peperit. sed pro nobis omnibus tradidit illum. crudelitatis
 5 species uidebatur quod ex parte dispensationis affectus. Eleuasti me
 & quasi super uentum ponens elisisti me ualide. Quod eleuasti
 5 in cruce. & non credentibus iudaeis me allisisti. Scio quia morti
 tradas me. ubi constituta est domus omni uiuenti. Quia ante dñi
 resurrectionem & iam iusti in inferni partibus fuisse creduntur.
 5 Vere non ad e sumptionem eorum ematis manum tuam. & si corruer-
 rint.

ipſe ſaluabis. Ad hoc utique morti trades me. ut non conſummant
debita poena. quid diuina ſententia morti aeternae ſunt deputati.
ſed potius mea morte ſaluentur. Quod autem dicit ſicor. ruerint
ipſe ſaluabis. Poſt gratiam baptiſmi remedium ſalutis delinquen-
tibus. per poenitentiam reſpromittit. flebam quondam ſuper eum
qui adſictus erat. & conpatiebatur anima mea pauperi. Duabū
autem de cauſis ſaluator hieruſalem deflebat. una eſt. quae con-
uerſis flens patrem orabat. Alia uero eſt. quae pro non credentibus
dolens flebat. prouidens utique ut diſ ob incredulitatis duriciam p.
dicionem eorum. Et conpatiebatur anima mea pauperi. Quomodo
om̄s ſci in ſcripturis pauperes appellantur. non habentes ſuperbie
ſp̄m. uel peccata tam quā mundi huius diuitias. Ita contrario. om̄s
peccatores pauperes nuncupantur. Et quod ſuperbiae ſp̄m tument.
& ſint inopes ſc̄itate. de quibus in ſalmo canitur. Sedentes in tenebris
& umbra mortis. uinculis ligatos in mendicitate & ferro. Ad
deflendos huiusmodi pauperes utpote diues. in miſeratione
diſ & affectu miſericordiae trifticiam ſuſtinebat. Ex
pectabam bona & uenerunt mihi mala. Expectabam ergo
patientiam. ut bonum conuerſationis eorum gaudens. ſup. coſtice
tos perciperem. Sed illi diuitias bonitatis meae & longanimitatis
per contumaciam contempnentes. theſ. autem ſauerunt ſibi iram
indie irae. & reuelationis iuſti iudicii mei. Haec igitur mala eo-
rum ad conſpectum meum uentura ſunt. ut reddam unumque ſecun-
dum opera ipſorum. Preſtolabar lucem & eruperunt tenebrae.
Lucem in eis fidei & ſc̄orum operum preſtolabar. & infidelitatis
eorum ac uiciorum tenebrae praecualuerunt. Interiora mea effe-
buerunt abſque ulla requiae. Sicut quod dolore tactus in triſte
cuſ animus eius ſollicitudine & anxietate ferbuerit.
ſuper eorum perditione. ſicut quod uerbo carnis facto & habitam.
te.

in homine ihu saluare nostro. In interiora eius. id est anima illius
 motus sine cessatione diuino igne feruebant. Praeuefunt me
 dies afflictionis. Dies afflictionis dies iudicii erunt. in quibus
 praedictam gentem iudicaturus sum. Sed tamen nunc & in hoc
 tempore nimis sceleribus suis prauefuerunt me. ut secundum iustum
 iudicium meum reddam eis. sicut postea accidit in passione quan-
 do a romanis hierusalem templum que subuersum est. Merens
 incedebam sine furore consurgens in tenebris clamabam.
 Sine aliquo utique iracundiae furore erat. quoniam donare atque eccle-
 re peccata eorum aduenerat non punire. At & iam euuangelista
 Stabat ihu & clamabat. qui sitit ueniat ad me. & bibat. frat sui
 draconum & socius strutionum. Iudaeos in euuangelio dñs ser-
 pentes frequent appellat & uiperas. ita dicens serpentes. Gemma
 na uiperatum. & pphca ait. Oua aspidu ruperunt. Cum mala
 generatione multiplicari uideret. Item que furor draconum
 uinum eorum. & furor aspidum insanabilis. Sed idcirco fratrem
 eorum se nuncupauit quo de eoru genere secundum carnem operatus.
 De quibus in psalmo ait. Exter factus sum fratribus meis. & hospes
 filius matris meae. et quia secundum praesentem uitam quam dum
 hic mortalis fuit. inter eos est conuersus. strutionu se socium
 dixit. Idem in eadem gente sua cum stultis & insipientibus habitauit.
 sicut ipse ait dñs in euuangelio. Stulti & caeci. Cutis mea denigra-
 ta est super me. In cute carnem suam. idem iudaea gentem suam
 unde saluator carnem adsumpsit a parte totu dixisse intellegen-
 dus est. quod autem super me ait denigrata est cutis mea
 ita est uelut si diceret propter me. id est in persona mea. O duo
 persecutionum & sceleru blasphemiaru peccatoru. & iam nefan-
 dorum criminibus tetra ac nigra effecta est caro generis mei.
 Ut quasi aethiopissa colorem nigrum non amittens. & eo in se

140.
licior quod hanc in meridie nocti & tenebris non super facie corpo-
rissed in corde contraxit. Unde ait dñs per proph. & am. Nocti ad si-
milium matrem uestram. Et ossa mea aruerunt proxiimitate. Ossa
corporis ecclesie cuius caput est xpc. sci quidem omnes. sed pre-
cipue apostoli intelligendi sunt. quorum scētatis robore atque
uirtute omnia membra infirmiora ecclesie sustentantur. Horum
igitur ad xps pinguisimus caritatis nimio persecucionis estu
in passione saluatoris exestuauit; De quibus ipse dominus in psalmo
& ossa mea sicut gremium aruerunt. Item in alio psalmo. Sicut
aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea ut ait euan-
gelista; & relicto ihū fugerunt discipuli; Sed rursus in
p confessionem nominis eius caritate illius uberrima in pin-
gusta sunt. ut nullo post modum quantolibet feruente caumate
psecutionum fides xpi in eis & bonū caritatis arefceret.

Uersa est in luctum cythara mea & organum meū in uocem fletuum
In cythara & organo laetitia & exultatio intellegitur quā xps
se habere demonstrat quando sup salute credentium delectatur
sicut ipse in euangelio ait; Vbi parabolam captum ouium ponit.

De quibus uiam ait perisse & in uocem uiam ait. Amen dico
uobis gaudebit super eam. Item quocum renuntiauerit
dño quia in nomine eius plurimae sanitates per eosdem factae
fuerunt. ait euangelista. In illa hora exultauit ihū in spū
Hae ergo musicorum nomina. cordis significat laetitiam
super infidelium obduratione uersa est in tristitiam. sicut de
eodem dño ait euangelista. & contristatus est sup duritiam
cordis eorum. Ea uero quae secuntur usque ad finem parabole
quae secundum uirtutem scti iob sepe prius exposuimus.
iam confessi sumus non posse nos secundum mysticos intellec-
tus differere. Siqui autem quis possit illa allegorice inter-

p[ro]p[ri]atione rationabiliter coaptare. hic lib[er] ad sensum prebere
 m[er]ito. **FINITA SUNT VERBA IOB.** Omiserunt autem tres
 viri isti respondere iob. eo quod iustus sibi uideretur. Cedebat
 aduersarius. Iob post multa prophetae suae mysteria & ipse fini
 uit sermonem. Quod autem dictum est omiserunt autem tres
 viri isti respondere iob. eo quod iustus sibi uideretur. scriptor
 h[isto]riae huius ex se sus respondentium dixit. eo quod sibi iustus
 uideretur. non ex iudicio. cum referret vel scriberet qui in praeco[n]si
 tantu[m] uiri s[er]uato h[ab]ere suo posterorum memoriae commendabat.
 Et uatus u[er]o dignat[ur] quo heliu filius barachiel buzites de
 cognatione ram. De progenie & generatione huius & barachiel
 p[er] iacob & melch[er] sororis sarre uxoris abraham. nascitur iob
 & heliu. de huius iob nascitur. & de huius hic heliu. Unde & buzi
 tes dicitur. Qui fuit sicut hic scribitur filius barachiel. Hunc
 igitur heliu doctissimi scripturarum dicunt ipsum esse baluam
 Ariolum. quem innumerorum libro baluac rex moabitaram ad
 israhelam maledicendam conduxerat. Et haec scripturae referunt.
 quod hic heliu de cognatione fuerit ram. & hunc ram abraham esse
 intellegimus. deculus cognatione & familia heliu fuerit procre
 atus. Hinc utiq[ue] fratris sui p[er] iacob posteritas paul du
 bio abrahae cognatio erat. Ubi qui hunc librum scribit
 quem hebrei moysen autumant in generationes heliu po
 minibus nobilitatem patriuitatis eius uoluit de
 monst[ra]re. Quod autem in hoc libro ram. quasi parato hinc
 diuiso nomine s[er]uato abram dicitur. ita & diuersis locis in scrip
 tura secundam incrementa. in eo diuinae gratiae po
 minatur. Ut quando ram dicitur habeatur exelus.
 quando uero abram p[er]ficiens in uirtutibus pater exelus sit.
 Item cum fides eius gentibus ad dominationem proponitur.

142.
abraham id est pater multarum gentium appellatur. Hic igitur
heliu sicut apparere secundum bonum nature homo iustus
uidetur fuisse. qui & spm habuit prophetiae. Sed puto non
eo modo uel eadem gratia ut scilicet prophetiae. Unde & ipse dñs
ad sem iob de eo loquutus est. Quis est iste inuolucris sententi-
as sermonibus inperitis. Quod est inperu uerbis atque
inordinatis sermonibus sensus propheticus ~~paratur~~
Ubi nonne probat dñs quod heliu loquitur. sed quod praec pro-
pere ab eo dicitur hoc reprehendit. De hoc inquam heliu &
suis similibus & in principio libri huius diximus. quod pro-
phetae ministri ut sint etiam qui ex tiores erant a uera
religione. Quia & illis dedit dñs uerbum suam ut ministeria
futuri pronuntiares hominibus. Ubi maxime fides & ad-
miratio gentium pendat. Ut qui nostris uolunt credere pro-
phetis. credant saltem diuinis & uatibus suis. Hunc itaque
heliu qui baluam figuram habere gentium diximus aduersan-
tiam xpo. sicut & illos amicos beati iob hereticorum figuram.
Quod autem ait. finita sunt uerba iob. possumus intellegere
tamquam dixerit firmissimae stabilitate sunt uerba diui-
na & irrita esse non posse. quae usque ad aeternam p-
missionem fideliter credentes perducant. Isti uero qui iustu-
rum & sempiternum praesumptione ad inuentorum dog-
matum audent discutere. a aeterno quodamque silentio
conticescent. Quod autem heliu ad obus hominibus uocatur
non est mirum. familiare est hoc scripturae diuinae.
ut salomon idida. & cognatus moysi dictus est ietro. lob ab
raguel. & perus symon. Unde non paruam obscuritatem
haec uarietas nominum sola legentibus exhibere. Iratus est
ergo indignatusque heliu aduersum iob. eo quod iustum se esse

dicere coram dō. Porro aduersum amicos eius indignatus ē
 eo quod non inuenissent responsionem rationabilem. sed tan-
 tum modo condempnassent iob. Uideatur mihi quod haec
 prius gesta sunt quae hic legimus quam illa quae innumeris de
 hoc ipso heliu siue balaam facta referuntur. Hic igitur heliu.
 Qui ait iob & amicos eius expectasse loquentes. honoris ac reueren-
 tiae ostendit fuisse. Quod fecit. senioribus se scilicet detulisse.
 Iam hic ipsius heliu uerba sunt ita dicens. Iunior sum tempore
 uos aut antiquiores. Idcirco dimisso capite. ueritus sum indi-
 care uobis meam sententiam. Expectabam enim quod a uobis
 prolixior loqueretur. & annorum multitudine doceret sapientiam.
 Sed ut uideo ipse est in hominibus & inspiratio omnipotentis.
 dat intelligentiam. Dicit hoc sibi magis uideri. quia spū
 agantur homines quibus dī omnipotentis sapientiae suae. in-
 spirationem tribuerit. qđ in suigatione supra dictorum quasi
 ex obliquo dicit. tunc sibi soli hoc sapientiae bonū concessum sit. No-
 tandū qđ hic heliu p̄ quatuor locutiones sicut textus lectionis docet
 sibi ipse succedit. Per quas singulas t̄ priorum responsa quasi eru-
 ditius retractare t̄ singula loca asperius a se iob dicta corā ipso distra-
 ere conatur. p̄ā post p̄fationē copiosā. in prima locutione sua de se iob
 uerbis haec posuit. ita inquit. Mundus sum ego & absque delicto in-
 maculatus. & n̄ est iniquitas in me. Quia querelas in me repperit. ideo
 arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in uerbo pedes meos. & custodit om-
 nes semitas meas. In secunda locutione uerba iob ita posuit dicens. Iustus sum sed
 subuertit iudiciū meū. In iudicando enim me. mendaciū ē uolentia. sagitta ab-
 sique ullo peccato. t̄ t̄a locutione ei ita habet eodē heliu dicente ad iob. Dixisti enim
 n̄ tibi placeat qđ rectū ē. id ē dō dixisti ut t̄ qđ tibi p̄dest si ego peccauero. quarta uero
 locutio heliu continet qđ p̄ dō locuturus operatore suū id ē dō iustū phare dispo-
 nat. qđ usq; in finē quarti huius sermonis sui in t̄ p̄ph̄er̄ suae mysteria.

accertime & cum summa instantia psequitur & non desistit .
Audite aut . & ego ostendam uobis scientiam meam . Quō urā
mibi iam facta est manifesta quod irromcos ab eo dici n̄ dubium ē .
Et ideo quia superius risorie prudentia dixerat amicorū iob .
sequitur id aperte dicens . Donec putabam uos aliquid scire
nihil locutus ē mihi . & ego non secundum uestros sermones
respondebo illi . Nullam inquit aduersum me iob habuit
disputationem . sed neque ego illum quem admodum uos faci
tis . maledictionibus conuictorum et obproptis aggredior . ;
Expectaui et non sunt locuti . Proinde et ego heliu ait . pro
utribus meis respondere temptabo . et ostendam uobis meā
et iob pariter scientiam . quod & iactantia uanitatis dicere
eum satis apparet cum subiungit . Plenus sum sermoni
bus . et coartat me spiritus uteri mei . In uenter me usque
si matum absque spiraculo et reliqua . Anagogen uen
trem autem suam siue uterum . kata xp̄ie t̄i kiuc . ip
sam memoriam suam dixit . eo quod p̄ne omnes sermo
nes iob et amicorum eius aliquandiu disceptantium ue
ludibus intra capacitatem suae memoriae congregauit . ;
Non accipiam personam uiri . et d̄m homini non aequabo .
Isti iudicii mei inquit sententia haec est . ut nec homi
ni parcam uera dicendo . nec deo iniuriam faciam ut eum
iniuste aliquid contendam fecisse . ¶ Audi igitur iob elo
quia mea . et sermones meos ausculta . ; A d̄no ita de spi
ritu heliu cum ait de eo . quis est iste . Indignum e
num erat atque p̄p̄pero . ut uir magnus dōque placi
tus . etiam si ut homo in aliquo deliquisset . ab ipso corripe
retur . qui longe a uera religione esset . Sed si mouet forsi
tan . quempiam . quia iste heliu multa de saluatoris t̄em

144.

5 Cap. 33.

poribus futura praedixit. quae ut prophetiam suscipiamus sciat quis
 quis est. quem hoc mouet illa quae spiritu di praedicta sunt. et
 suscipienda a nobis et credenda; Haec uero quae elatione cordis ab
 eo de prompta sunt. re probanda; Quoniam de propriis suis ut di
 abolus locatus est. non ex dō; Sp̄s di fecit me et spiraculum omni
 potentis uiuificauit me; Ut det auctoritatem se audiendi. ita
 locatus est. quod non possit non recta et uera dicere is qui spiritu
 dei factus sit. et omnipotentis spiraculo animatus. Vbi trinitatis dñ
 intellegere debemus; In dō enim nominat patrem. in omni poten
 te filium. in sp̄. sp̄m sc̄m; Trinitas enim d̄s creauit omnia.
 Sed quando hominem fecit. p̄pria et speciali quadam significatiōe
 nominum. per diuersam operum nuncupationem se uoluit de monstra
 re. ita legis latore dicitur. It creauit d̄s hominem ad imaginem
 suam. ad imaginem dei creauit eum. masculinum et feminam fecit
 eos; Itemque; It fecit d̄s hominem de limo terrae. et inspirauit
 in faciem eius spiraculum uitae. et factus est homo in animam uiuen
 tem; Vbi in faciente. et inspirante uel etiam benedicente. sine
 ulla discretionē uel dissonantia uoluntatis. operatam trinitatē
 sentire debemus; Non enim refert aliquid uel diuersum intel
 legere facti uerbum. creauit. inspirauit. et bene dixit;
 Vbi secundum naturae unitatem. una esset uoluntas opusque com
 mune; Si potes responde mihi. et aduersus faciem meam consis
 te; Prolaturus uerba eius expectationem deposcit. ut subblandi
 mento quodam et consolatione simulata. in uenarum terrorem inca
 tuat. quo perturbatus iob facile multo loquio ipsius cecidit;
 Dixit ergo heliu; In auribus meis et uocem uerborum audiui
 mundus sum ego. et absque delicto immaculatus. et non est
 iniquitas in me; Quod ergo heliu ait ad iob. hoc est in
 quonon est iustificatus. id est accusare te debueras non

laudare. Non illud dicere. mundus sum sine peccato. et in
 maculatus. et iniquitas quoque non est in me. ;
 Hoc est inquam. in quo non iustus iustificatus. ; Quia iustifica
 tio per humanitatem acquiritur. Laus uero elationis conde
 nationem meretur. Potuit quidem ut iustus. et de suis
 operibus suis sibi bene conuersus uideret aliqua quae uera
 sunt. et de deo dicere. non potuit tamen haec quae ei heliu
 falso obicit. uelut sacrilegus loqui. ; Denique illa quae dixisse
 iob dicit. ita inquit. is. quia querellas in me repperit. ideo ar
 bitratus me inimicum sibi. Non legimus haec iob dixisse. quae u
 tique quasi ex sensu eiusdem sancti iob dicuntur. sed hic uerbis con
 positum. ; Unde hunc potius. non recte uerba dicere nouerimus. ;
 quam eundem semel iob dixisse credamus. ; Respondebo tibi o iob
 quia maior sit deus in homine. quam ut iquit obrem conaris
 aduersum eum contendere. ; eo quod non ad singula uerba quae
 rellarum tuarum tibi quasi satisfaciet. is responderit. ; Semel lo
 quitur deus. ; se curando id ipsum non repetit. ; Ab ipso principi
 o mundi et deinceps semper loquutus est de hominibus. ;
 et semel nihil hominis loquutus. ; Sed ubi frequenter loqui di
 citur deus. uel lex eius multiplex. uel prophetarum manda
 torum eius diuersitas. ; Ubi uero semel loqui
 significatur. ; stabilita ac diffinita eius sententia demonstra
 tur. ; Loqui enim deum efficientiae eius res. ; et intelligitur. ;
 Semel loquitur deus. et se curando id ipsum non repetit. ;
 Id est non immutat. ; nisi hoc ipsum uitae nos det. mutat eode
 poposcit. ; Hoc loco duobus quibusdam corruptionum gradi
 bus heliu diligenter enarra. ; et dicit quod tractatio diuina
 uel castigatio circa hominem. et in uisitationibus fiat. ;
 Itemque. Intellectulo ut contabescere faciat hominem. ;

donec ad uitae huius extrema perueniat. Itcum ab ali-
 quo sancto pro eo fuerit interuentum ut fecit esa-
 ias pro ezechia rege. restituatur pristina san-
 tati. Itaut ut sub sequentibus. quod tribus uicibus haec
 deus circa hominem operetur. id est euidenter et pro-
 babiliter confirmati uo modo. Vel propter trinu-
 ri perfectionem. uel propter trium testium uerita-
 tem. Quo genere etiam patientiam dei demeritam
 que significat. quae non statim sed per partes. et
 per uices castigat et arguat delinquentem. ubi e-
 nec precipitis ueritatis iudicium. nec in uicibus remis-
 sio. nec in iusticiae putaretur iniquitas. Incepit quoq.
 per dolorem in lectulo. Siue ut alii dixerunt. Accessit
 usque ad mortem animae eius. Cum per haec itaque correc-
 tus homo atque consumptus morti. et infernalibus mi-
 nis tris ad propinquauert. si fuerit quis pius scorum
 quoniam sancti angeli habere mereatur. is pro
 huiusmodi qui pro peccatis suis uel ita corripitur
 poterit impetrare. Sed de multis operibus bonis. quae ope-
 rari debuerat. saltim unum bonum opus eius. quod
 tamquam sacrificium pro eo placabile offerat deo ualue-
 rit inuenire. Exaudiet inquit et iubebit. ut praedictus
 ad correctionem infernorum cruciatuum non descendat
 eo quod ut magnus quidam extiterit. cuius preces deus non
 potuerit non audire. It angelus quilibet de caelo assis-
 tens ante faciem dei. potest pro quolibet peccatore in fla-
 gellis castigationum posito intercedere. Ipsi enim est
 cura in uincta celo. uel maxime ut diuersis hominibus uel natio-
 nibus defensionis siue custodiae suae opem ferant. de quibus

apostolus; Nonne omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi. propter eos qui herede ditatem capiunt salutis; Exemplum autem rerum presentium de quibus nunc loquimur. in scripturis dominicis retinemas. ubi legimus in somnis homines fuisse correptos. ut nabuchodonosor regem superbissimum et laban qui de parentis sui iacob interitu disponebat. et abimelech regem qui sci abraham domum contaminare temptabat. Et uxorem pilati que ait ad eum de domino nostro ihu xpo. nihil tibi et iusto illi. multa enim passa sum per somnum propter eum; Et magi in euangelio in somnis admoniti. per aliam uiam regrediuntur; fideles etiam uiri ad do in somnis instruuntur. ut iacob patriarcha. et alios legimus infirmatos esse propter peccata. de quibus illum paraliticum discimus. cui ait dñs. Remittuntur tibi peccata tua. Legimus et scos egros fuisse ut trophimum. et ephroditum. quos utique uel iustos tali castigatione examinatos credere debemus. non ut peccatores infirmitatis uerbere flagellatos; Sequitur. Consumpta est eius caro supplicis. Reuertatur ad dies adolescentie sue. Recepit inquit mala promeritis suis. Suppliciorum atque poenarum mensura sufficiant haec ei uerba castigationis. quibus reuocatus est ad emendationem. nunc indulgentia diuina pietatis ad dies adolescentie reuertatur. id est. sit iterum sanus. et que incolomis. De precabitur inquit dñm. et uidebit faciem eius in iubilo. Quod inter in corde est. cum per dñm bonum conscientie possideat. Videbit autem faciem di propitium sibi. uultum illius sentiet. reddidurus ei digna satisfactione iusticiam. Cum respiciet homines et dicet. peccauit et uere deliquit. uterum dignus non recepi; Magna res est do que plurimum acceptabilis. ut homo errores suos confiteri non erubescat. praesertim si pro eis intellegit se castigari. et ita se humiliet. ut que quid castigationis sustinuerit. promeritis

suis parum se passum pronuntiet. Liberauit animam suam ne pergeret in
 interitum. sed uiuens lucem uideret. Id est agnitionis dei lucem. et in
 mensa beneficia inluminatus agnosceret. Attende iob et audime. et
 tace dum ego loquor. Quasi hac ratione heliu sem iob conuicerit. ait illi.
 Audime id est docet item te. Oboe diens esto et prebe consensum.
 Quod autem dicit ut taceat. eloquentem tanquam minus eruditum
 Cap. 34. uel impatientem iubet ut sileat. Pronuntians que heliu. etiam haec locu-
 tus est. Quasi sententia heliu pronuntiare dicitur. et praesentes ami-
 cos sei iob ad audiendum se cohortatur. Audite sapientes uerba mea
 et eruditi auscultate me. Auris enim uerba proibat. et guttur. et eas gustu
 di iudicat. Quem admodum igitur inquit faucibus ciborum sapor dinos-
 citur. Ita uerba aurium iudicio conprobantur. Et ideo ait heliu. Iudici-
 um eligamus nobis. Quod est prius discutiamus. ante quam hominem con-
 demnemus. Quod ait heliu iob dixisse iustissimum. Non enim sermonem hunc
 iob dixit. sed dum uirtutes iusticiarum suarum innotuit. iustum procul-
 dubiose esse monstrauit. quem et dñs iustum iam dixerat. Quod hic dicitur dñs
 subuertit iudicium meum. Similiter et hoc ipsum non legimus sed scriptum te-
 nemus. uiuit dñs qui abstulit iudicium meum. Subuercere autem iudicium.
 ad iniquitatem respicit iudicantis. abstulisse uero iudicium. id est pro tempo-
 re distulisse. ad dispensationem iusti iudicis pertinet. It multa plura uel
 nera mea etiam sine causa. Proinde hō loco asserente heliu hic esse sensus ut
 datur quod iob ita dixerat se fellit deum iudicium eius non recte et uere
 iudicauit. et ideo erga me mendatio agitur. Quae autem locutus est
 iob. magis incaute et presumens de iusticia dei dixisse credendus est.
 Proinde iuste ei et merito dñs ait. Utique qui arguit deum. debet respon-
 dere ei. Et in quibus utique uerbis dei increpati ue hoc resor. ut
 quod beatus iob non recte aliqua sit locutus. Sed qui optime nouerat quod
 bona in eo plurima essent. unde et illi placuerat. concedit ei que ut
 moderatius eum loqui in summis. et agustus dolor cor. i palit.

Quis est uir ut iob. qui bibit subannationem quasi aquam. Cuius uis ce-
 ratamquam aqua. habundantia ueneno huius passionis impleta sunt.
 Dixit enim non placebit uir deo. etiam sic uacut retit cum eo; li iudiose
 de deo sane tum iob locutum fuisse mentitur. quod beatum iob tam
 infelicitate sapuisse non credimus. sed nec alicubi cum hoc dixit
 se meminimus. Ideo uiri cordati audite me; Quasi exposita impietate
 scilicet iob. et in medio audientium prolata in iudicium iob. qui quasi
 ita super orbem quem fabricatus est. Quod est. Numquid alium recto-
 rem posuit. quia creatoris iusticia discreparet. Ipse ergo quam potens
 conditor. tam pius est moderator. quia opus suum agnoscit et
 diligit. Si direxerit ad eum cor suum. spiritum illius et flatum ad se
 trahet. id est mundi. Nam si omnia que in eo cotidie geruntur. secun-
 dum regulam iusticiae suae uoluerit intueri. deficiet ac peribit. sed eu-
 pietate potius gubernat ac sustinet. Nam si iniquitatem obseruaue-
 rit quis sustinebit. Spiritus dixit animam. quae uiuificat hominem.
 et flatum ipsam presentem uitam. quae corporibus nostris per anhelitum
 ex hoc aere ministratur. Haec ergo heliudicit ad se ita trahere deum.
 cum auferat hominibus uitam quam ei creando tribuerat. Possunt
 per spiritum prophetiae. haec loca ita uideri figurata. ut nunc in christo con-
 pleantur. quando dispensationem carnis assumpsit. pater eundem fili-
 um suum per quem omnia fecit ad hanc mundum ex suo eructuatum
 corde direxerit. ut spiritum eius et flatum ad se traheret. id est ut aufer-
 ret ab eo per humilitatem crucis spiritum id est superbiam. spiritus mundialis.
 flatum quoque tumet. itis eloqui. quo anhelans gloriaba-
 tur in sermonibus suis; Sic quoque homo in se repressus timore defi-
 ceret. ac reuertens in se ipsum cognosceret se terram esse et cinerem.
 ubi securus dum moralem intellegit. itiam illud de psalmo
 scilicet. Auferes spiritum eorum et deficiet.

et in terram suam conuertentur. Postea ergo quam de uirtute dei
 et iusticia predictis locutus est. heliu uero rursum se ad iob conuer-
 tens dicit ei; Si habes ergo intellectum audi quod dicitur. et au-
 sculta uocem eloqui mei. Nam quid qui non amat iudicium sara-
 re potest. et quomodo tueum qui iustus es intar — itum
 cor — idem nas. c. Manifestum est inquit. quia is qui iuste
 et recte iudicare non — i diligit. neque sanare autis anima
 — ne que corrigere quem piam potest. ; Et quomodo tu sar-ia
 tot es. lanuorum nostrorum. — uiquitatest — iotare presumis. c.
 Qui non accipit personas principum — iecognouit tyrannum dam dis-
 ceptaret contra eum. ; Secundam mysticum intellectum princi pes
 isti iudeorum scribae et pharisei et sacerdotes possunt — i intelli gi
 quos in euangelio increpat. Tyrannam uero eundem populum iudeoru
 non abire esse sentiamus. qui contra coetum scorum. ac desie paupe-
 rem humilem spiritum. cor — i ritum corde reiciendo hodie discip-
 ta. quod facere et tempore apostolorum non — i desuut. ; Quar-
 do per omnes ciuitates contra eos pugnas et seditiones agebat. ;
 Hos igitur ut infideles et impios dñs non cognoscer. ; quibus que etiã
 manifeste die turus est. Non noui uos. discedite a me omnes
 qui operamini — uiquitatem. ; Sequitur heliu dicente de his.
 de quibus dicit superius. ; subito morietur et in media nocte. ; Secun-
 dam ser — isum apostolus est qui ait istud de filiis tenebrarum
 Cum enim dixerit — i pax et securitas tunc repentinus eis super-
 uer — uet interitus. ; Mediam uero noctem die tun ideo es-
 timo eo quod — i profunda cordis cecitate positi spiri-
 taliter moriantur. ; Turbabitur populi et pertransibant
 et auferet — i uolentium absque manu. ; Secur — i dum psalmis-
 tam. ; Cum uiderit inquit iustus uin die tam impiorum
 exemplum uide licet peccatorum hominum pertimescet — i

152.
manus suas lauabit in sanguine peccatoris. ; Hoc igitur
modo turbatur populi qua perturbatione terram
sensibilem legimus cor- iturbatam. sicut propheta ait
ad dñm; Commouit terram et cor- iturbasti eam.
sana cor- itricior- ies eius quia commota est. ; Sic enim
quasi boni uiator es ad futurum saeculum pertran-
sibunt. ubi locus non- ierit impio. ; Aliter- iulium
habet adiutorium uiolentus. quo deser- i diel
erui possit a pertra her- itibus cum ad supplicium
mortis. ; Non sunt tenebrae et non est umbra mortis.
ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. ;
Sicut ut alii dixerunt in fine huius uersiculi. ut
latitent qui faciunt iniquitatem. ; Quod utrumque
secundum illum psalmis testisum est ita dicitur
tis. ; Quo ibo abs spiritus tuo. et a facie tua quo fugi-
am. ; Neque enim ultra in hominis potest tate. ut ue-
niat ad deum in iudicium. ; Id est si habuerit in potes-
tate ut ueniat. potest habere non- ueniat. ; Con-
ter multos innumerabiles. et stare faciet alios pro-
eis. ; Ut de heli sacerdote et samu hele. saul et dauid
iudeorum populo et gentium. ; Nouit enim opera e-
orum. et idcirco inducet noctem et cor- iteretur.
Sub his quoque uerbis heli. significasse potuit obme-
rita sua iudaeos nocte infidelitatis excecandos. ut
cor- iterantur et humiliantur. sicut propheta et a pos-
tolus ait. ; Dedit illis deus spiritum cor- ipunctior- us.
Qui quasi de industria recesserunt ab eo. et omnes
uas eius non- itellegere- ioluerunt. ; Omnes enim pec-
catores et impii contra inditum sibi bonum natura-

agitur sicut apostolus ait: Qui cum cognouisset deum
 non sicut deum glorificauerunt. Vbi autem cognoue-
 runt deum nisi inspirationis et iudicio meritis. Vbi
 ergo deum gloriam suam habuerunt contempti. ubi
 a bea contra suam conscientiam recesserunt.
 Omnesque uias mandatorum dei quas suis cordibus habent
 in gentes. nosse et intelligere detrectauerunt.
 cum hominibus quoque ita impie et iniuste egerunt
 ut ad deum pauperum oppressorum clamor ascenderet.
 Sive iudaeos impios et que incredulos percussit deus in loco
 uiderunt. id est in legem mosaicam. ubi propheta
 qui uidentes die tunc in habitabat. In ipsa itaque
 spe legis et promissorum compositione. tamquam in quodam
 uiderunt loco iuste percussi a deo sunt. Ita tantum
 ut oratio illius qui propter nos pauper factus est cum es-
 set diues ascenderet ad deum. Disperge illos in uirtute
 tua. Sive uiuentis sunt omnes. qui in christo ex fide ui-
 uunt. In hac enim spe positi merentem placentur futu-
 ram beatitudinem. In hoc igitur loco quasi fide stantes
 sunt. quidam sub fidei huius uocabulo habent speciem
 pietatis. uirtutem autem eius. sunt abnegantes.
 Hi ipsi igitur qui heretici intelliguntur in loco dei male-
 stantes a deo percussis apostolis et ecclesiarum doctoribus
 id est pauperibus christi contra eos resisterentibus et ad deum
 clamantibus. Ipso enim concedente pacem. quis est qui con-
 demnet. Ex quo absconderit uultum. quis est qui con-
 templetur eum. et super gentem et super omnes homines.
 Propheta ait ad populum; Orate pro uita nabuchodonosor.
 ut illius pace. pax sit uobis. siue pacem ecclesie et quiete

ipse concedit. quando non surgunt aduersus eam pugnae
 persecutionum. siue quando hereticorum lites et scandala
 conquiescunt. Nec non contra uictorum bella quietis et
 pacis silentium ipse donat. quando de uictis eis et uelut a
 certimis hostibus expugnatis. pax fit in homine summa
 uirtutum. Quod autem ait ex quo absconderit uultum su-
 um siue faciem suam etcetera. Hoc est quod nisi ipse dig-
 natus fuerit se homini reuelare. quis est qui possit eum
 suis uiribus intueri. uel per scrutando ad maiestatem
 eius accedere. qui regnare facit hominem hypocritam
 propter peccata populi. Quod manifeste in saule rege ap-
 paruit. Et sicut dñs ait. Auferam de hierusalem iudicem et
 prophetam et sapientem et consiliarium. et dabo pueros prin-
 cipes eorum. et effiminati domina buntur eis. Et nabuchodo-
 nosor iusto iudicio dei multa regna et plurimas nationes accepit. potest
 et diabolus homo iste intelligi. qui per dita angelica dignitate homi-
 nis nomen sortitus est. De quo dñs ait in euangelio. Inimicus homo
 hoc fecit. Hypocrita uero et simulator ideo est appellatus. quoniam
 transfigurata se in angelum lucis. cum ipse potius auctor sit tenebrarum
 id est omnium criminum et peccatorum inuentor. Quia ergo ego locu-
 tus sum ad dñm. te quoque non prohibebo. Quasi in iudicio constitutum. per-
 mittit eum interloqui. ut si quid forte tibi est dicendum non taceas. Si er-
 rui. tu doce me. Si iniquitatem locutus sum. ultra non addam. Ne-
 le est non loquar. Numquid ate deus expectet ea quae displicuit tibi.
 tu enim coepisti loqui et non ego. Iudixisti quod iniquus esset deus.
 quia ate iniquitatem et iusticiam uitae iniuste correctionis exigeret
 cui necesse esset iniuste afflictum contra eum loqui iniuste. et ob hoc in-
 quis displicebit tibi dñs dum eius iusticiam quate puniret in fontem.
 non iustuerim esse iusticiam. Numquid iniquitatem ipse ea igitur ut

blasphemes. Viri intelligentes loquantur mihi. et uir sapiens au-
 diat me. Helius scilicet iob despiciens. conuertit se ad eos qui commin-
 assistebant. et ita de beato iob definite pronuntians ait ad eos. Iob
 autem stulte locutus est. et uerba eius non sonant disciplinam.
 Manifestum est pater mihi. Quia ab ipso est homo creatus et conditus.
 Probetur iob. inquit helius non autem examinetur. quod solet ad probati-
 onem eruditionis refertur. Sed probetur inquit id est manifestetur.
 Probatum sit omnibus. cunctis pateat iob qualis sit. ante te probetur
 inquam iob usque in finem. Id est insit in eo uigret plaga flagelli hu-
 ius. neque desinas infligere poenas operantibus iniquitatem. Quia
 dicit super peccata sua blasphemiam. Id est super quod peccator est.
 propter quod mala haec cruciatuum sustinet. addit ad cum lum pecca-
 torum. ut in blasphemiam crimen erumpat. Inter nos interim constri-
 gatur et tunc ad iudicium. pro uocet sermonibus suis dominum. Condemnetur
 inter nos interim. ne et nobis iniusticia reputetur absque crimine nostro
 et erit si post modum dominum pro uocare temptauerit. Igitur helius haec
 sum locutus est. Numquid aequa tibi uidetur tua cognitio at dice-
 res iustior deo sum. Fieri potest quod de sermonibus ab ipso locu-
 tus est ad dominum quam forsitan debuit aliquando hic helius describere
 et uerbis suis inuidiose quasi sensus illius dicere uoluerit. Responde-
 bo sermonibus tuis. et amicus tuus tecum. Id est pro eo quod non
 potuerint ei rationabiliter respondere. Suspice ad caelum et con-
 tuere et contemplantare aethera quod altior te sit. Id est cum te
 equare presumis. Hoc ait helius qui deum corpora liter locis contine-
 ri arbitrabatur. quod in excelsis tantum atque in sublimibus deus
 commoretur. Proinde si peccaueris quid ei noceris. et si multipli-
 cate fuerint iniquitates tuae. quid facies contra eum. Quod
 ita dixisse mihi uidetur. Non enim te peccante deo damnum aliquid
 inferetur. et aut si promulcitudine peccatorum tuorum ulcisceris in

Cap. 35

te uoluerit. num quid poteris ei contra ire. e. Porro sius de egeris
 quid donabis ei. uat quid demonu tua accipiet. e. Hinc dauid dicit.
 Quomiam honorum meorum non neges. Homini qui simulis tibi est. Et
 nocebit impietas tua. et filius hominis adiuuabit iusticia tua. In
 ldest homini nocere poterit impietas tua. simile agentem. emula
 tus fuerit. quem admodum filiam hominis iusticia tua adiuue
 bit si uas tuas eum recte incedis imitetur. Propter multos uinomea
 lamniatoru clamabunt. et heu labunt per tuum. In eba tu quonora
 sub hac qualitate dispatationis. uat. belia sem. ob ralebus admilcer eis que
 similem iudicat. dum calumniatores et turbinos. p. i. quos homines no
 minat. quorum calumpniis et potentia. homo et filius hominis. oppressi
 ingemiscunt. Et modo. spiritaliter hunc hominem. et filium hominis po
 pulum sem non absurde sentimus. qui ppter unitatem totius corporis
 ecclesie homo unus dicitur sicut ap. s. ait. Et secunda psalmus ton filius hominis
 appellat. in dictionem. fuit manus tua super iurum dextere tue et super
 filium hominis que conformasti tibi. Potest hoc et de inuisibilib. numeris
 dici. qui occulta impugnatione uitioru mentibus dominant. Ppter quod
 in fideles heuulantes in oratione ad dnm dicant. Eripe me de inimicis meis
 ds meus. et non dixit abies ds qui fecit me. e. Quando utique afflige
 bant p. dicos quos sibi per iniquam dominationem deo per mit teste
 subigerant. ita ut h. substantia ne cessitate preiuratum posita heuula
 rent et clamarent ad dnm. Illi uero non intendunt animo neque ita
 tenderunt in celum ut sciperent quod deo cor. idtori suo hac omnia
 displiceret. it. Non dixit inquam apud semet ipsam illa multitu
 do in quorum siue doemot. uum. ubies et quiescit me. e. quide
 dit carmina in noc te. hoc aut heliu. Cum ergo iustos et rectos te ui
 uer. tes a supra die ti de us tribulata permittat. Consolatione
 tamen eis in noc te tribulati omni cor. i. cedit. Nox enim ipsa tri
 bulatio ut icellegitur se cur. i. dum illud psalmis fac.

Probasti cor meum et uisitasti nocte. Sicut et prosperitas aliquando
 dies dicitur. quot uiam qui in prosperis est. qui si quidam
 felicitate in lumen uatur. Vnde ait in psalmo. Per diem
 sol non uret te. ne que luctu per noctem. Tanta uis que
 helu ignoratiam iusti homines adeo accipiunt. ut et
 am in nocte tribulationis hinc norum spiritalium canonicis de
 leccetur. Canticum ergo ad exultationem cordis uel ma
 xime pertinet. Proinde haec exultatio de spe futuri gaudii
 nascitur in corde canentium. et faciunt more uiatorum. qui
 ipsi ut uiatores et peregrini transeunt per hanc mundam. qui
 ut ad destinatum sibi locum sine labore perueniant. canticis
 fatigationem uinoris consolantur ac sabbatant. Et uocata mysticos
 intellectus noctem secretum quoddam ac diuinae disputationis
 remotum silentium intellegamus. quod alius seculis sicut a pos
 tolus ait non fuit reuelatum filius hominum. Quae nox sit ut
 quatuor uigiliis distributa. ut a principio mundi usque ad xpm
 dnm nostrum hanc noctem dicamus. ut sit prima uigilia noctis
 huius. ipse adam primos et patres hominum. per cuius conde
 onem euigilet animas humanas. ut credat creatorem omniu
 rerum in deum. Secunda uero uigilia sit tempore noe. quo
 naufragium mundi factum est. ut euigilent homines ne
 et ipsi intereant. Tertia autem uigilia sci habrahe tempo
 ribus habeatur. per quem cognoscat mundus quem ad modum
 sit fide uiuendam et do placendum. Quarta uero uigilia sit
 circa tempora pphetarum. qui aurore et lumine diei ad xpm
 quantis uicimores fuerunt. Quique in ipsum xpm proximo
 sibi diem pene electam noctem fidei oculis incendebant. In
 hac igitur nocte p singula tempora pphetarum siue pphetis
 siue significationibus de xpo leta gaudio que plena pre nun

tuata sunt. Itemque et ad illam comparationem futura reue-
 lationis filiorum dei. ubi gloriam eterni illius diei percepturi
 sunt. et in re ipsa beatitudinem possessuri. Nox est presens hęc
 uita. cui fructus sui in futurum absconditi sunt. et ideo adhuc nox
 est. quia non dum uides quod speras. Proinde in hac nocte expec-
 tationis rimi et cantica scripturarum dicta sunt nobis. donec discus-
 sa nocte fidei ad diem eterne mansionis perueniamus. Quia docet
 nos sup iumenta terre et sup uolucres celi erudit nos. Docet in com-
 muni b. eruditam subtiliorib. docet non solu per nature dona. sed etia
 p gratie munera. Secundu tropicum uero intellectū iumenta homi-
 nes carnales plerumq. intelligunt. qui gula et uentri et luxurie
 dediti. Alii autem uolatilibus comparant. siue propter leuitate
 morum. siue propter superbiam qua tumetites quasi in altum
 eleuantur. Vnde dicit apostolus. Noli altum sapere. Et dñs in e-
 uan gelio. Quia quod est in hominibus altum. abominatio est ante
 deum. Nam in greco superbiam. ὕψιστος dicitur. quod
 est super apparet. ut elatam mentem hominis tumidam que signi-
 ficet. Ibi clamabunt et non exaudiet. propter superbiam malorum.
 Quod dixit ibi clamabunt. fortassis significare uoluerit locum poena-
 rum. ubi non exaudiendi sunt peccatores propter superbiam ma-
 lorum. siue ut alii dixerunt ab iniuriis malorum. quia mali bonis
 et iustis insecrationibus iniurias inrogare non desinunt. Non er-
 go frustra audiet dñs et omniū singulorum causas intuebitur. Hoc aut qd
 peccatores persistentes in malis suis non audiat dñs. quo sine causa uti
 que ad eum clamant quia non merentur audiri. Etia cū dixeris non con-
 siderat iudicare cū eo et expecta eū. Quando uides o iob quia non statim
 dñs reddit peccatorib. que merentur noli pusillanimitate frangi
 ut in blasphemiam et impes et dicas dñm iniustū siue iniquū. sed iu-
 dicare cū eo debes. id est iudicij eius consentire ne contra eū presūp-

tuo iudicio tuo metus iniuriam psalire. Nunc enim non infert fu-
 rorem suum nec ulciscet seclus ualde. Quo igitur statuit die in quo iu-
 dicet de orbe terrarum. idcirco in hoc tempore uindictam iusticie sue non
 generaliter exercit. et hoc totum in explicatione seculi iob loquitur. que uelut reum
 criminum in hoc malum poenarum diuersa sententia pro parte est denat. unde scribit cui
 rescent plurima que adhuc sit pro modo recepturus. Ergo iob frustra operatur
 os suum et absque scientia uerba multiplicat. Iuxta haec conuictum semel iob heliu
 arbitrat. et quaedam uerborum ratione conclusum. Addens quod heliu haec
 locutus est. Sustine me paululum et iudicabo tibi. adhuc enim habeo
 quod pro deo loquar. id est pro iusticia et causa dei. Reperit enim scientiam
 meam a principio et operatorem meum probabo iustum. Vere enim
 absque mendacio sermones mei. et perfecta scientia probabit tibi. In hoc
 uero sermone suo de singulari iusticia ad profundo nimium et copioso sermone profert.
 Vbi multa ut charta in obscuro sacramentorum recondita
 et longiore remota misteria dicere uidetur. Deus potest
 nos iudicare. cum et ipse sit potest. sed non salua
 impios. Haec est iusticiae eius inmensitas et naturae bonae uo-
 luntas ut nulli iniuriam faciat quia nemo ei quam uis potest
 sit potest et coaequari. Et iudicium pauperibus tribuet
 iuxta iusticiae aequitatis suae rationem. Scios autem
 et innocentes uiros consuevit scriptura diuina pauperes appel-
 lare. Non aufert a iusto oculos suos. Hoc ait et beatus dauid
 Oculi domini super iustos. et cetera. Et reges in solio collocat in-
 perpetuum et ipsi eriguntur. Hic reges non solum seculi huius
 sed et ecclesiae reges et propositi intelligi possunt. et secundu-
 tropicos intellectus reges a mundi hominum. qui cor poribus recte
 dominantur. Quibus in psalmo dicitur. Et nunc reges intelligite
 et iudicimini qui iudicatis terram. Ita hi reges eriguntur ad omnia
 ut sedent cum principibus. Et si fuerint in carne uisecum uentur

infimibus paupertatis. Indicabit eis opera eorum & scelera eorum
quia uolenti fuerint. Hincigitur incatenis fortibus uiddicet
& iudicis di. et paupertatis fimbis conligantur. id est opem diuini
auxilii non habentes. poenis temporalibus quasi uinculis adstrin-
gentur. Omnis rei bonae inopes effecti p qualitate meritorum.
Reuelabit quoque aurem eorum. ut corrigat & loquatur ut reuer-
tantur ab iniquitate. Aurem inquit cordis. ad obediendum
sibi d's per castigationes & secretas inspirationes aperiet. Si audi-
erint & obserauerint siue seruerint ut alii dixerunt. complebunt
dies suos in bono. & annos suos in gloria. Hoc est quod salomon
ait. Memoria iusti cum laudibus. si autem non audierint tran-
sibunt per gladium. & consumentur in stultitia. id est si in-
struente d'o. Quid docet hominem scientiam audire contemp-
serint per gladium. id est per hanc mortalitatem de hoc seculo
praeribunt ut in stultitia. id est in illis locis ubi stulti deputantur.
quid dicunt in corde suo non est d's aeternis cruciatibus consumantur.
Simulatores & callidi prouocant iram di. neque clamabunt cum
uincti fuerint. Ipsi sum scilicet iob apertius in hoc loco uidetur
heliu quasi ex obliquo percutere. quod & ipse quasi callide & ne-
quiter ageret. uirum quoque egregium simularet. Quique etiam
cum esset uinctus plage huius conpedibus clamare ad d'm & inuocare
eum. ut a laqueis poenarum libus in ligatus absolueretur. minime curaret.
Quod unquam desperatione siue contemptu faceret. Deceteris quoque
peccatoribus similiter hoc ipsum intellegi potest. qui cum uene-
runt in profundum malorum contempnent. Et dei iudaeis & de-
hereticis qui ficta dogmata quasi ueritatis uelamine operientes. In-
nodis perfidiae obstinato & obdurato corde persistunt. Moritur
intempestate coru & uita coru inter effominatos. Vtiosos uel
uita esse nouerimus. quae sicut deus dicitur. animi nihil in se

ibid.

habent quietum uirile & frigidum. sed totum turbulentum remissum
 & fragile. ita necesse est ut uelut tempestate animam semper suis
 inlecebris inquietent. postquamque uirtutum hominem non sinant
 apprehendere. & sit istis talibus fluctibus quod salomon ait.
 utiaceat anima tamquam in corde maris. & uelut gubernator
 in magna tempestate. Uel tempestate aliter aduentum ac iudicium
 dei de quo dicit. incircuitu eius tempestas ualida. Eripiet pauperem de an-
 gustia sua. Pauperem saluatorem nostrum. qui propter nos pauper
 factus est. quindiebus carnis suae preces ac supplicationes patri
 obtulit. qui posset cum amore saluum facere. Pauperem semper popu-
 lum dei humilem spiritu. pauperem quem liber & iustorum eruet de an-
 gustia pressurarum. sicut & iam in diuinis scripturis diuerso modo
 legimus liberatos. Et reuelabit in tribulatione aures eius. Id est
 fortis sit unusquisque eorum. In tribulationibus conrobotante
 uisitatione diuina. quando ad deum homo tribulari permittitur.
 consolationem in aure cordis dei. illic audiendo percipiet. legimus
 saluabit te de ore angusto latissime & non habentis fundamentum
 sub ter se. Hoc in loco infernorum habitacula ab helio describuntur.
 que immensa capacitate sui. fundamentum non habeant. Ad
 quorum tamen fundamenta in prophetis legimus. luciferum
 qui mane oriebatur depositum. multitudines quoque regum
 & populos innumerabiles gentium. Ore autem angusto inferi
 ideo appellantur. eo quod amplum sit ad recipiendum. angustum
 ad dimittendum. Quia mortuos intra se teneant. & eos ad uitam
 non patiantur exire. David quoque scilicet similiter ait ad deum.
 Librame ex odientibus me. & de profundis aquarum. Non me
 demergat tempestas aquae neque absorbeat me profundum.
 neque urget super me puteus ossuum. Proinde nouerimus
 quia loca infernalium ergastulorum. secundum fidei scripturarum

162.
Inter immensas abyssi aquas sint constituta, sedabilis inferi sedib;
nullus homo merito suo liberatus est. nisi gratia dñi nr̄i ihu xpi.
Et non solum inquit heliu atartareis angustis liberaberis. uerum
& iam in latissimo refrigerii nemore. uelut in campis sp̄ciosis
liber incedes. Requies autem mensae tuae. erit plena pingue
dine. Amoenitatem paradysi & iocunditatem requiem nominan
do significauit. Inmensam uero habundantiam uitae beatae
quae esset plena ubertatis pinguedine. ac loci illius felicis
referta deliciis uoluit demonstrare. cuius terram sc̄am mansu
& secundum repromissionem dñi possidebunt. Causa tua
quasi impii iudicata est. Causam iudicium que recipies. iudicio di
uini & poenarum debitor reus inuentus es. & idcirco secundū
meritum causae tuae iudicium seuerissimum recepisti. Et ubi dictū
est causam iudiciumque recipies. Alii dixerunt propter impietatem
munerum quae accipiebant. ubi sub pluralitate locutionis sc̄m iob
